6
19-b
73

E 3/6

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
13 F
31

liotheca
oll. Rom.
. Jesu

21-1-42
6. 19. b. 73

IO. ALOYSII
PICINARDI
IRIS POETICA

BIBL. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

IRIDIS
POETICÆ
Io. Aloyſij Picinardi
Heroicus Color.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.

Ad Eminentiſs. atq; Reuerendiſs.
Bononiæ Archiepiſcopum
PRINCIPEM
HIERONYMVM
BONCOMPAGNVM
S.R.E.C.

Bibl. Jac. Coll. Rom. Soc. Jesu

Bononiæ, Typis Ferronianis 1665.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Eminẽtiſsimo, atq; Reuerendiſsimo

PRINCIPI

HIERONYMO

BONCOMPAGNO

S. R. E. C.

Io. Aloyſius Picinardus.

IRis hæc Poetica, Ingenioli mei nubes ſcilicet, tam varijs Carminum coloribus à Phœbo depicta, HEROI-

CVM, PRINCEPS EMINENTISSIME, *tibi in obſequium* COLOREM *exhibet, vt in ipſo frontis limine Libellus iſte, præferat Draconem illum Tergeminis Atauorum tuorum Thiaris infulatum, cui pauca offero, cum plurima me illi debere fatear: Sinito exiguos hoſce labores tuo Nomini ancillari, vt gratias, quas ab humanitate tua maximas accepi, Vniuerſo terrarum orbi patefaciant; Dignetur tuis luminibus* COLOR ISTE POETICVS, *quando ſcilicet à grauioribus Ouilis Operibus,*

ribus, in quibus totus es, parumper licebit feriari: Fas eſt gratiora feſtiuis Muſarum illecebris aliquando intercipere, ne ſemper in Trophonÿ Antro habeantur Vaticinia. Hæc elaboraui Adoleſcentulus, ideò inſulſas meæ Adoleſcentiæ, cuius etiam in limine moror, nugas credas velim, eo tempore elicitas, quo ſcilicet ab aſperrimis Philoſophiæ ſenticetis ad amænos Bellerophontis Riuulos pedem nec ſanè inuitum efferre licuit. Maiorum tuorum decora ſilentio prætereo, mihi enim compertum eſt, te potius rebus

benè geſtis, quam Maiorum egregijs facinoribus niti velle. Eſto huiuſce libelli Numen Tutelare, Teq; præcipuũ Purpuratorum decus ſydera diu ſoſpitent, iuxta tuæ munificentiæ merita, quæ interim Aureo Amoris telo in perennibus mei Cordis ſculpuntur adamantibus.

AV-

AVCTOR
Lectori Humaniſsimo.

AMicorum ſedulitas, Lector Humaniſsime, ab ea me tandem abduxit ſententia, qua animo obfirmaueram, me Carmina Latina in lucem edere nolle, ni prius tibi Hetruſca præ manibus eſſent, quæ quidem omnia antè quartum Adoleſcentiæ meæ luſtrum, quod nondum abſolui, fuerunt elaborata. Quinimmò quæ nunc in lucem prodeunt, cum omnia (ſi excipias Epigrammata nonnulla, quibus Bauariæ Principis Ortus, atq; Cynthia titulum porrexerunt) antè decimum octauum ætatis meæ annum edita fuerint, quiſquilias credas velim. Exulem Apollinem ad Eurotæ Lauros canentem, exul iuſſu Parentum à Patria, ad Rheni ripas non inuita Minerua, ſum imitatus. Dulce tamquam lenimentum Carceris, quem trium annorum interuallo inter Philoſophiæ antra paſſus ſum, Poeſim tractaui, Luſciniarum inſtar, quæ vimineis incluſæ ca-

ueis propriæ libertatis detrimentum cantu lenire contendunt: Pauca in hanc rem Sapienti. Libellus iſte non abs re in fronte Irim præfert, Pacis ſcilicet Symbolum, cum Satyricas Cratini Fabulas non complectatur. Iris cito diſoluitur; Libellus iſte breui temporis periodo in Obliuionis euaneſcet tenebras. In hoc opuſculo Iridis varietatem inuenies, ſi non venuſtatem, at quod in eo mendoſum, & nimis rude tui ingenij Acies inuenerit, Lector Humaniſſime, inculpatum penitus, atque omni comptum fuco tua reddat Humanitas, vt quamprimum tuis oculis meam Poeſim Hetruſcam, quæ iam diù ſub prælo eſt, libentiori animo exhibeam. Fac Valeas, meque te diligentem, dilige.

In

In Nuptijs

RANVTII FARNESII, Et MARGARITÆ De Sabaudia Sereniſſimorum Parmæ DVCVM.

IOTECA NAZ
ROMANA

IDYLLION I.

QVæ noua Cynthiacas ſoluẽs Aurora Curules
Perluſtrat nitidũ flãmis crinalibus Axẽ?
Qui nouus inſolito Titan fulgore coruſcus
Preradians, rutilos ſuſpendit in æthere crines?
Quæ noua, quæ Cœli facies? quæ fulgida lãpas
Sceptrifera Niueos Prolis prædicit Amores?
Noſco diem, Superi. Tanta Farneſius Heros
Cynthius eſt lucis: Regali feruidus ore (tem:
Fulget, Hymẽ Sacrũ Thalamis nõ paſſus iner-
Te qui Saxonicæ Niueo ſociandus Amori
Virginis, Idalias flagranti corde ſariſſas
Noſti, feſtinà veneratur Regia Solis
Luce, pharetrati ſequeris dum caſtra Puelli.

Et

Et Te Liligeros Tari viſura Penates,
Sydera, Virgo, colunt natalibus orta benignis.
Quin & barbarico reſonantia ſiſtra fragore
Aſpectu ſiluere tuo. Non tetra cruoris
Flumina ſpumanti maculant nũc gurgite cãpos
Italiæ; ſedat truculenta tonitrua Mauors;
Nec modo ſulphureis obnubilat Aſtra tenebris,
Martia Fax; litui Gallo non ora loquacis
Murmure, Bætigenas poſcũt ad Arma Volucres.
At ſi ſiſtra ſilent, tumulant ſi claſſica bombos,
Non ſileat Plectrum, tumulet nõ Buccina cãtus.
Exere Pegaſeis doctum caput exere ab vndis
Clio, Caſtalium perluſtratura cacumen:
Quid Martis metuis furialibus horrida bellis
Agmina? quid turmas irà, ferroq; rigentes?
Bellorum Thalamis geminanda coercuit iras
Margaris, & Plectro iuſſit te ſcãdere Cyrrham:
Nũc age Regales Thalamos numeroſa Camenis
Diua refer: blando pulſandum Barbiton Arcu
Fert Amor: Aſcræo mens æſtuet acta furore.
Sæpe Aquilas, Galloſq; pari cõcurrere Marte
Viderat Inſubrum placidà Pax exul ab Ora,
Et formidatum ſtimulans ad prælia Robur
Mars, laxiſq; Orbem totum dimiſſus habenis

Italiæ

Italiæ victor iam iam calcabat arenas,
Cũ noua caſtus Amor meditatus bella, bipennem
Bellonæ frangens, certamina iuſſit abeſſe,
Ne mors Italiam ſtragis tumularet aceruo:
Inde ſagittiferæ flammantia tela pharetræ
Cote nouans, & melle rigans, aurataq; pandens
Vellera pennarum, pacata vt bella capeſſat,
Dirigit Idalios Sociali corde volatus,
Quà Cœli rores Farneſia Flora propinans
Liligeris Parmæ ſecundat litora Gemmis.
Huc vbi ſollicito pennarum remige vectus
Adſuit, ignifero Thalamos ſub corde volutans
Exhilarat lymphas diuinà luce, loquaces:
Parma ſed inſolito tanti perculſa nitore
Hoſpitis, attonitum liquidà caput extulit Vrnà,
Cui mox cordis Amor proprij ſic vota reſignat.
O quæ Cæſareis circumuallata maniplis
Parma, Quirinales inter metuenda cateruas
Martia Romulei fregiſti Caſtra Tyranni,
Cum tibi Victa rogis peperit Victoria palmas:
O quæ Belgarum debellatura rebellem
Bellonã, Auſtriacæ tutata es Sceptra Volucris:
Et quæ Biſtonias Venetis effracta triremes
Claſſibus, Odryſium maculaſti ſanguine Sydus:

Hæc,

Hæc, quæ tela vides fatali nupta pharetra
Torquet Amor, reſonis Vulcani ſtructa Cami- (nis
Vulnera dum geminãt ſine bello bella minãtur.
Innocuo noſtra Heroum inuictiſſimus Heros,
Cui Proauum luxu Farneſia Lilia florent
Vulnere tela feret, Niuea ſociandus Amanti.
Stat pennas properare leues, præcordia tædis
Vrere; centenis tandem præſtricta catenis
Noſtrum eſt Heroum Thalamis ſociare maritis
Pectora, Regales cordiſq; accendere fibras.
Quippe Maritales Thalamos ſub corda preme- (bãt
Fata, peregrino Princeps benè iunctus Amori,
Iungat Saxonicis Tarpeia Lilia Faſtis.
Audijt hæc, hilariſq; breui ſic ore locuta eſt:
O Cœli, terraq; decus, Superumq; voluptas
Ingenioſe Puer, Regum cui iungere corda
Fata dedere, tui vultus, luciſq; nitores
Impleuere ſinus, illuſtrauere liquores
Noſtros: Regali, Nexu cum Lilia, Gemma
Iunxeris Idalio, Aegæas Amathuntis ad Aras
Nereidũ ſtipata Choro venerabor Amoris
Numina, queìs meriti Thalamis ſoluẽtur hono- (res:
Hæc effata, comas reſonantibus abdidit vndis.
Aliger inde Puer non viſum miſſile torquet,

Pecto-

Pectora vt ignifero flagrent Farneſia telo:
Nec mora ſollicitas librans per inania pennas
Auras tranat Amor, tenuemq; euadit in aurã
Fortè Corynthiaca Ranutius Aedis in Aulis,
Quam, placidis Parma ripis affine Viretum,
Ambit, & aterna Florum obſidione coronat
Martia per muros ſpectabat prælia Auorum,
Pinxit Apellæo quæ Dædala dextra labore:(dis
Et iam magnanimas proprij ad certamina cor-
Extimulans vires, Proauum ſtimuliſq; volutans
Prælia, Strymonias Vrbes iam corde vorabat,
Cum teli quod torſit Amor flammantia ſenſit
Vulnera, & innumeri fari eſt auditus ad aures
Ciuis. Acidalias ſpirant præcordia flammas:
Torret Amor pectus: Regali carpitur igne
Cor, dum bella paro, mihi Cypria bella parãtur:
Ciues, non viſo Allobrogum me Margaris vrit
Vultu, quo vultus non eſt formoſior alter,
Ora volatricis Diua ſi vera loquuntur:
Pectora Fata vrgent, cedant mea pectora fatis:
Protinus Alpinæ mittatur Nuncius Aula,
Qui mea, qui cordis narrans incendia, poſſit
Regales Thalamos Cypri cum Rege paciſci
Virginis innuptæ, Thalamos quæ Prole perẽnet

Mar-

Margaris hinc noſtro iungatur Regia Cordi.
Mittitur: Interea auxilio Puer Aliger auras
Præpete pennarum tranans, deflexerat vndas
Eridani, atq; ferax, vmbrat qua Sylua, ferarũ,
Allobrogum campos, aurato viderat Arcu
In Damas Heroinam torquere ſagittas, (ſet
Cum hæſit mente diu dubius num Margaris eſ-
Venatrix Nemorum Virgo, cui ſumma poteſtas
In ſyluis; vultus, maieſtatiſq; venuſtas
Tanta eſt, & tali præfulget imagine Formæ
Margaris: inde tamen Regalia Virginis ora
Nouit, & ardenti meditatus vulnera telo
Arcum lunat Amor; telum velocius Euro
Dimiſſumq; volat, caſtoſq; premens hymenæos,
Virginis Idalio præcordia ſauciat igne.
Protinus illa ardet, totiſq; incendia fibris
Haurit, ſed fibras vrant quæ incendia, neſcit.
Buccina tunc cogit Socias, Equiteſq; Caneſq;
Margaris & patriã reditum decernit ad Aulã,
Vẽtum erat Alpinas Amedæi Regis ad Arces,
Regia contiguo qua frontem miſcet Olimpo,
Huc quoq; Liligeræ cum Nũcius adfuit Vrbis,
Qui proprij narrans Regales Principis ignes
Allobrogum Regi, Thalamos quos ille premebat

Con.

Connubio firmat Stabili: tunc Margaris, vrāt
Conſcia, qui fibras ignes, exæſtuat igne
Maiori, & tadis gaudet flagrare maritis. (mis
Poſtquam vidit Amor paribus ferueſcere flā-
Regia Tarigenæ præcordia Principis, atq;
Virginis, in cunam ſtruxit cui Duria gemmas
Alpini ex Aula Regis, qua venerat, alis
Verberat ipſe auras, Soliſq; accendit ad ignes
Tædas, queis animos, vires, & pectora Amātum
Vrit; & æterno Thalamos Adamāte perrenat.
Nuncia vt Auſonias vulgauit Fama per Vrbes
Heroum Thalamos, alacri tonuere tumultu
Siſtra cruentatos quæ iam cecinere triumphos
Martis; quæq; Padi interpellauere quietem
Claſſica, feſtiuo fremuere per æthera plauſu. (xis
Vos quos iunxit Amor, fauſtus quos ſoſpitet A-
Mactı animis, Soles pacatos viuite Amantes:
Hinc procul inferna teterrima Mōſtra Paludis,
Eumenidumq; Cohors tumidis crinita ceraſtis
Accendat tædas: Stygios non præferet ignes (nis
His Thalamis, Thalamos ſueta accēdere Eryn-
Igne Erebi: Coniux Aulā noua Principis intret
Liligeri, & partu edat Regia pignora, Tarus
Queis tranquillus eat: queis totus gaudeat Orbis.

Ma-

Macti animis, Soles pacatos viuite Amãtes. (biti
Magnanimà Thalamos Hymenæus Prole bea-
Qua Byzantini pallentia Cornua frangẽs (dat.
Syderis, Odryſium Meemethem in vincula tru-
Cærula iamq; inter Solymæas Lilia Palmas
Sanguine Threicio madidas frondeſcere cerno.
Et iam captiuà Farneſia fronde loquuntur
Nomina, Idumææ denſiſſima culmina Syluæ.
Macti animis, Soles pacatos viuite Amantes
At Te cornigero Thracum qui cingeris Arcu,
Quiq; rebellantes Aſiæ moderaris habenas (les
His Thalamis ſera Fata manẽt: Farneſia In-
Inclyta bellorum merces, Flos Martius, Arma
Odryſijs prædas abigens, te pellet ab Aula
Quam Byzantina tibi vallant vndiq; turres:
Illa catenatos Romanis Biſtonas Aris
Coget odorati ſyluas ſacrare Sabæi,
Illa pharetratos mittet ſub Tartara Thracas,
Romuleoſq; canẽs Threſſo de Marte triumphos
Illa Aſiæ infidas Tarpeia ſigna per vrbes
Soluens, captiuas ſoluet Iordanis arenas (ris
Vnde breui Auſonijs dãs colla Othomannica lo-
Fronde triumphali floreſcere Cynthia ſpectet
Nupta Sionæo Farneſia Lilia Colli.

DIVO IGNATIO
Loyolæ Patrono ſuo.

Ad P. Aloyſium Maſdonium è Societ. Ieſu.

IDYLLION II.

Poſt fractas Acies, caſtigatoſq; catenis
Hoſtiles Populos, rubefactaq; caſtra Gradiui
Sanguinis Oceano tandem Loyola tonanti
Saucius en Plumbo cadit, vt meliora ſequatur
Prælia, Tanarijs Erebi allatura ruinas
Claſſibus, & ſacros oſtentet in Aſtra triumphos.
Iam ſatis Hiſpanæ Ductor Loyola Cohortis
Bellorum Dominam, Bellatorumq; Parentem
Heſperiam tutatus, onus damnabile ferri
Ponit, nuper erat, qui formidandus in armis
Arma reformidat: ſpumantia bella cruento
Gurgite, & horribili reboantia tympana plauſu
Nunc odiſſe libet. Pectus non Alea Martis

Exa-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Exagitat furijs, impacataq; phalanges
Non Loyolæum ſtimulant ad prælia robur.
Sat Bellis, Armiſq; datum: vitale ſuperſtes
Poſt vulnus rigidos belli exhorreſcere campos
Conatus dirum Bellonæ accuſat amorem.
Dux, qui fulmineis dum baccharetur Enyo
Enſibus, armatis circumuallata maniplis
Mœnia, & obſeſſas animis interritus Arces
Suſtinuit, torui renuens certamina Martis
Iam coniuratos Bellorum deſerit ignes.
At Phlegetontæas debellaturus arenas
Magnanimos armis circumcingentibus armos,
Atq; latus Ferro viduat, non de ſide in Hoſtes
Tartareos animo decertaturus, inermis
Aggreditur pugnas, Superùm vexilla reſoluens
Iam nouus Aſtriferæ Bellator militat Arei,
Et iam flammifero voluens cum corde Barathri
Excidium, Diti certamina ſacra minatur,
Pertæſuſq; Orbis Diuæ Genitricis ad Aram
Poplitibus flexis prono ſic inchoat ore.
O quæ Syderei Genitrix ſuprema tonantis
Virgo tenes ſuperùm ſtellantibus Atria ſignis
Fulgida Virgineo moderantem ſydera nutu
Quam Cælum, Tellus, Acheron, & Põtus adorat,

Sau-

Saucius en Plumbo, ſed ſaucior igneo Amoris
Telo, nunc ſacrat ſupplex Ignatius arma
Hæc tibi: Dux olim, ſæui modo transfuga Belli
Deſerti exuuias orbis dicat: impia quamuis
Arma profanati ſint hæc inſignia Martis,
Sunt tamen hæc Cœlo deuoti pignora cordis.
Militis hæc (fateor) ſunt argumenta nefandi,
Sed quidquid iubeas inter ſpelaa ferarum
Exequar, vt penitus pereant monumẽta profana
Martia Militia: Placeat? per caſtra, per hoſtes
Ibo, qua Titan tingit fulgore propinquo
Aethiopas: Placeat? ſpirantibus ocyor Euris,
Qua furit Arctoa Boreas truculentur in Arce
Ibo, vel flauas Ganges qua eructat arenas,
Seu qua compages fulcit ceruice niuali
Caucaſus ætherεas. Placeat? per inhoſpita currã
Climata, nõ tellus, Syrtes, non Aequoris horror
Impediet greſſus, curram terràque, Mariq;
Quin ſi tu iubeas, vt iuſſa ſuperna capeſſam
Viribus impauidis horrendum Acherõta ſubibo:
  Interea Gladium ne dedignare rubentem,
Quem tibi nunc ſacro deuoti pignus Amoris.
Vix rigido radians fulgore pependit ad Aram
Enſis deſerti ſpolium miſerabile Martis.

Cum

Exagitat furijs, impacataq; phalanges
Non Loyolæum ſtimulant ad prælia robur.
Sat Bellis, Armiſq; datum: vitale ſuperſtes
Poſt vulnus rigidos belli exhorreſcere campos
Conatus dirum Bellona accuſat amorem.
Dux, qui fulmineis dum baccharetur Enyo
Enſibus, armatis circumuallata maniplis
Mœnia, & obſeſſas animis interritus Arces
Suſtinuit, torui renuens certamina Martis
Iam coniuratos Bellorum deſerit ignes.
At Phlegetontaas debellaturus arenas
Magnanimos armis circumcingentibus armos,
Atq; latus Ferro viduat, non deſide in Hoſtes
Tartareos animo decertaturus, inermis
Aggreditur pugnas, Superùm vexilla reſoluens
Iam nouus Aſtriferæ Bellator militat Arei,
Etiam flammifero voluens cum corde Barathri
Excidium, Diti certamina ſacra minatur,
Pertæſuſq; Orbis Diuæ Genitricis ad Aram
Poplitibus flexis prono ſic inchoat ore.
O quæ Syderei Genitrix ſuprema tonantis
Virgo tenes ſuperùm ſtellantibus Atria ſignis
Fulgida Virgineo moderantem ſydera nutu
Quam Cælum, Tellus, Acheron, & Pōtus adorat,

Sau-

Saucius en Plumbo, ſed ſaucior igneo Amoris
Telo, nunc ſacrat ſupplex Ignatius arma
Hac tibi: Dux olim, ſaui modo transfuga Belli
Deſerti exuuias orbis dicat: impia quamuis
Arma profanati ſint hac inſignia Martis,
Sunt tamen hac Cœlo deuoti pignora cordis.
Militis hac (fateor) ſunt argumenta nefandi,
Sed quidquid iubeas inter ſpelaa ferarum
Exequar, vt penitus pereant monumẽta profana
Martia Militia: Placeat? per caſtra, per hoſtes
Ibo, qua Titan tingit fulgore propinquo
Aethiopas: Placeat? ſpirantibus ocyor Euris,
Qua furit Arctoà Boreas truculentur in Arce
Ibo, vel flauas Ganges qua eructat arenas,
Seu qua compages fulcit ceruice niuali
Caucaſus athereas. Placeat? per inhoſpita currã
Climata, nõ tellus, Syrtes, non Aequoris horror
Impediet greſſus, curram terràque, Mariq;
Quin ſi tu iubeas, vt iuſſa ſuperna capeſſam
Viribus impauidis horrendum Acherõta ſubibo.
Interea Gladium ne dedignare rubentem,
Quem tibi nunc ſacro deuoti pignus Amoris.
Vix rigido radians fulgore pependit ad Aram
Enſis deſerti ſpolium miſerabile Martis.

Cum

Cum nouus aſtriferâ ſplendor demiſſus ab Arce
Ingeminare diem viſus, ſuperûmq; per Aulam
Vno multiplices vultu diſpergere Soles.
Dum centumgemino ſtellantis Regia ſedis
Lumine præradiat, patrijs delabitur oris
Gratia nymborem liquidâ deuecta Curuli
Aetheris, atq; Soli campos illuſtrat, & Orbis
Diſſipat horrentes radijs crinalibus vmbras.
Et iam ſacra nouo Delubra nitore coruſcant,
Ceu vaga cum croceos ſoluens per nubila vultus
Verſicolorato virides fulgore ſmaragdos
Pingit nymborum Thaumantias vda creatrix.
Obſtupuit Loyola, noua ſpectacula Formæ
Proſpectans: oculis inconniuentibus ora,
Atq; decus frontis, maieſtatemq; verendam
Miratur: Diuos imperturbatus Amores
Mox ſub corda premit, ſacroq; exæſtuat igne.
Gratia tunc Diuis ſpectans ardeſcere flammis
Ogniaden, placidis orditur verba loquelis,
Et ſic rimoſas Loyolæ fatur ad aures.
Quæ noua ſollicitus dubiâ cũ mente volutans
Ambigis, & vario iactas præcordia motu?
Iam, iam tu ſuperûm vicisti corda querelis
Non Marti, aut terris, Heros, ſeruaris, at Axi-

Mi-

Militiæ Loyola noua Dux bella Tyranno
Inferno referes te proſpectantibus Aſtris.
Et cum Tu,& Socij Proles dicentur IESV (dis,
Per te Monſtra cadent Stygiæ truculenta Palu-
Qua trãs Herculeas Garamãtũ Regna Colũnas
Tartareis Delubra dicant pudibunda Pagodis,
Et qua Matuta feſto Matralia plauſu
Memnonides celebrant, victo de Dite triumphos
Ius ſceleri ereptum, ſubuerſaq; templa neſandis
Indorum ſacrata Deis, Populumq; rebellem
Calica Romana Fidei ſub iura redactum,
Atq; Camos fractos Sociorum Marte videbis.
Per te qua celsà conſurgit fronte Cytharon
Turpia Nyſæo intermittent Orgia Patri.
Inde triumphales ſoluens per nubila currus
Stellanti Superùm tandem ſociaberis Aula.
Accipe venturi, Loyola, Oracula Fati,
Nõ incerta loquor: Sunt hæc decreta Tonantis.
Dixit, & irradians Loyolæ, Gratia Ferrum
Tranſcribens, Axi, tenues ſeceſſit in auras.
Audijt obſcuras (nam ſic Oracla loquuntur)
Verborum ambages Loyola, & fronte ſerenà
Expectans quid Fata velint, vt Fata ſequatur
Gratatur Superis, & Numina pronus adorat.

Iridis Poeticæ Heroici Coloris Finis.

Io. Aloyſij Picinardi

IRIDIS

POETICÆ

Elegiacus Color.

Ad Eminentiſs. atq; Reuerendiſs. Principem

Bononiæ Archiepiſcopum

HIERONYMVM

BONCOMPAGNVM

S.R.E. C.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Eminentiſſimo, atq; Reuerendiſſimo

PRINCIPI

Bononiæ Archiepiſcopo

HIERONYMO

BONCOMPAGNO

S. R. E. C.

Io. Aloyſius Picinardus.

ELegiacum Iridis meæ Colorē, *Heroico ferè ſimilem, tibi, PRINCEPS EMINENTISSIME, offerre, tua me cogit humanitas. & meum in te ſuadet obſequium. Exiguum quidem munus offero, at ſi ingenij mei ino-*

piam tua reſpexerit humanitas, incontemptum me iri non deſpero, cum quid quid in me eſt deuoueam. Vaſtum Encomiorum tuorum Oceanum ingredi deberem, ſed ne in audaciæ ſcopulos Epiſtolæ huiuſce Cymbula frangatur gloriæ tuæ immortalitatem hic potius, ſilentio venerari, quam fucatis elaborati Eloquij periodis extollere ſatius duxi. COLOR iſte Liuoris ridebit Aquilones, ſi tuæ Humanitatis Zephyri huic opitulabuntur, Maiorum tuorum è more, de quibus & Togâ, & Sago illuſtribus plura dicerem, ni tot præteritorum Temporum volumina loquerentur, teque tuis Maioribus Maiorem tua depredicaret Virtus, quæ te ad Immortalitatis euehit Delubrum. Vale Purpuratorum Decus ad totius Chriſtiani Orbis felicitatem.

Ad

Ad D. ANTONIVM MVSCETTOLAM

Sola Virtus Mortis Triumphatrix.

ELEGIA I.

TRans mare, trans terras, trans Acroceraunia Mauros
Efferat auratis ferrea caſtra tubis.
Armet Achamenijs Bellator colla pharetris,
Et libret certà Gnoſſia tela manu.
Effuſum rigidà caſtiget caſſide crinem
Et ferruginei prælia Martis amet.
Prælia Martis amet: Venetæ ſeu militet Vrbi
Qua Leo Biſtonium ſauciat vngue Canem;
Seu qua Luſiadum Bellona armata cateruis
Sentit ab Hiſpano fulmina torta Ioue.
Soluat Peliacas extrema per Aequora Puppes
Nauita, Memnonios vt populetur agros.

Trans Atlantaos incognita Regna receſſus
Luſtret, vt hinc Patria flaua metalla ferat.
Tollat Spartanis alter phrygiata lapillis
Atria, queis niueus tecta venuſtet onyx.
Atq; Corynthiaco turres teſtudinet Arcu
Dædalus, & celſis Amphitheatra iugis:
Quorum contiguo culmen ſe miſceat Axi,
Et preſſa enormi pondere terra gemat.
Omnia falcigeræ ſunt hæc ludibria Mortis,
Quæ premit aura breuis, quæ breuis hora vorat.
Non auru, non arma Ducu, non tecta retardant
Mortem, nec certas Enſis, & haſta manus.
Non, tibi centenus vertat ſi iugera vomer,
Et Lybiæ Meſſes horrea vaſta grauent:
Non, tibi purpureo radiet ſi fulgida ſucco
Palla, vel Oebalio murice picta chlamys.
Non, tibi ſi flauas eructet Iberus arenas,
Præſtet odoratum ſi tibi munus Arabs:
Nec tibi ſi celebres paret vltima terra triūphos
Suſpendet certas ſedula Parca manus.
Non, tibi ſi ſurgant excelſa Palatia Cyri
Spectabit celſos mors truculenta Lares.
Efferat Aſſyrias formoſa Semiramis Arces,
Ornet penſilibus ſeu Babylona iugis.

Bel-

Belliger accenſos extollat Atrida triumphos,
Et rapiat victas Laomedontis opes.
Xerxes ferratis obnubilet Aſtra ſagittis,
Atq; procelloſis vincla minetur aquis.
Armorum mox pompa tacet: non gloria Turres,
Non Beli inſanum Fama perennat Opus.
Templa pharetratæ cecidere ſuperba Dianæ,
Diruta nunc cernit vaſta coloſſa Rhodos.
Sola poteſt Virtus Mortis contemnere falcem,
Temporis & celeres ludificare gradus.
Hæc te Caſtalidum ſoluentem vela per vndas
Euehet ad celſi culmina ſacra Poli.
Ergo te Lethes rapient non fata per vmbras,
Quando Aganippeis pectora mergis aquis.
Quiſquis Phœbæos ſacro bibit ore liquores
Iras Pennipedis non timet ille Senis.
Ingenio Sapiens ipſi dominatur Olympo,
Atq; ipſi potis eſt imperitare Neci.

VXORIS
DIVI ALEXII
Lacrymæ.
Ad D. IO. BAPTISTAM PASQVALINVM.

ELEGIA II.

FVndite mærentes mea lumina fundite fletus,
Fundite lugubres ora relicta modos.
Fundite iam fletus,lacrymis nunc laxet habenas
Cor: viduus lacrymis irriget ora dolor.
Armet Amor lacrymas:ſint Sponſo vincula fletus,
Et fletu Sponſi pectora flectat Amor.
Pectora flectat Amor noſtri ſpes vnica Cordis,
Vertat Amor fletus quo mea Vita fugit.
Quo mea Vita fugit lacrymantes ferte querelas
Lumina: ſint cordis pignora grata mei.
Fundite mærentes mea lumina fundite fletus,
Fundite lugubres ora relicta modos.

Quo

Quo fugis? ah tibi Sponſe fuga non vlla poteſtas:
Quo fugis? in noſtros non rediture ſinus.
Quis furor exagitat cæco tua pectora motu?
Et quæ ſuppeditat nunc tibi meta fugam?
Quis te Caſus agit? quæ te veſana cupido
Extimulat, greſſus quæ maleſida regit? (ques?
Siſte gradum ſponsã, Thalamos, patriamq; relin-
Ah iam rumpe moras: ah mea vita redi. (tur
Hic te Magna manent: hic gẽmea dona parã-
Hic tibi purpureo murice tincta chlamys.
Non ibi Spartano cœlata palatia ſcalpro
Defuerint: vaſti non ibi tecta Laris.
India mittet ebur: gignet peregrinus odores
Tmolus: Hydaſpæas Media mittet opes.
Hic te Magna manent: faciles huc dirige greſſus
Vnica tu noſtri Spes fugitiua Thori. (ques?
Siſte gradũ: Sponſam, Thalamos, patriãq: relin-
Ah iam rumpe moras: ah mea vita redi.
Si te nulla mouent: ſi te non munera flectunt,
Te moueant, Nupta quæ modo corda necas.
Quæ modo corda necas Sponſo, deuota, retardent
Greſſus, ni reditum dedidicere pedes.
Siq; redire negas, frangãt mea ſtamina Parcæ,
Mors erit innumeris vltima meta malis.

In me fatalis robur Mors falcis obarmet,
Cordi namq; meo Mors erit vna ſalus.
Mors erit vna ſalus: vitalem ſcinde laborem
Cloto, ſi q; negas ſcindere, ſcindat Amor.
Stamina ſcindat Amor: viduos nā ducere ſoles
Quid iuuat, ipſa procul ſi mea Vita fugit?
Siſte gradum: Sponſam, Thalamos, patriamq; relinques?
Ah iam rumpe moras: ah mea vita redi.
Sponſe redi: ſaltem Matris ſolare ſenectam,
Cui caneſcenti parcere Parca negat.
Sponſe redi: patrios ſaltem viſure Penates,
Qua te iam patrij Tybridis vnda petit.
Sponſe redi: Nuptæ Thalamos vt Prole perēnes,
Quo dein vrget Amor dirige Sponſe gradus.
Siſte gradū: Sponſam, Thalamos, patriāq; relinques?
Ah iā rumpe moras: ah mea vita redi.

BEATVS ALOYSIVS GONZAGA

Romæ laborantibus
Epidimia inſeruiens moritur.

Tybridis Proſopopœia.

Ad D. IO. FRANCISCVM BONOMIVM
Ampliſſimę Societ. Ieſu addictiſſimum.

ELEGIA III.

Heu fuge Turrigeros Romæ Gonzaga Receſſus,
Heu fuge crudeli mœnia tacta lue.
Heu fuge ferales maleſidi Tybridis oras,
Heu fuge peſtiferis arua peruſta focis.
Heu fuge: Romuleis Libitina ſuperbit arenis;
Hic tibi ſpes longæ nulla ſalutis erit.
Nam dum flammiferi feruent incendia Cancri
Vritur indigno Martia Roma Rogo.
Inferna linquens horrentia ſtagna Paludis
Ex Acherontæo ſibilat Hydra Lacu.
Hæc quæ terruerat tenebroſa palatia Ditis
Trux modo Romanos peſte cruentat Agros,

Sæuit

Sæuit crinigeros torquens horrenda Dracones,
Totaq; ſepteno ſpirat ab ore necem.
Dũ mihi funeribus Mors incubat atra malignis
Eumenidum infelix Regia Roma iacet.
Iam mea peſtiferis flagrant Capitolia flammis,
Nec mihi ſydeream præſtat Olympus opem.
Infelix ah! Romà Virùm tumulatur aceruis,
Martius & denſis oſſibus albet ager.
Tota ſepulchralem tellus crudeſcit in vrnam
Perq; vias creſcunt funera, perq; domos.
Quin mihi cæruleos numeroſa cadauera curſus
Tardant: funeribus tot fera Parca furit.
Arua Quirinali viduantur amœna Colono,
Infans Materno funera lacte bibit.
Quærit fracta ſalus vitæ medicamina, & herbas
Pæonis: Ars vitam nec tamen vlla iuuat.
At dum ſollicitis liquidum moror æthera curis
En Gonzaga iaces victima facta Luis.
Tu Gonzaga meo vitam largitus Amori
Nunc es peſtiferis Hoſtia ſacra focis?
Occidis in flammis: ſic Amphitryonius Heros
Oetæis perijt Victima aduſta rogis.
Siccine ſic Morti famulatur. falce reciſus,
Qui condonandus floſculus albus erat?

Sic·

Siccine quæ dederat vitalia pignora Cordis
Mantua, Parca necas? ſic ſine lege rapis?
Lurida, crudelis, Mors improba, liuida Ferro
Non puduit niueos falce ſecare ſinus?
Sed quid ego in lacrymas ſoluor? lacrymabile nō
Funus Aloyſij, cui noua vita datur. (eſt
Gratia te Matris Gonzaga excepit ab Vlnis,
Atq; ſalutari ſurgere iuſſit Aquà.
Hæc te iuratà Fluuij ſeruauit ab Vrnà,
Cumq; Thoro fureret Mulciber, Argus erat.
Hæc dum purpureis ſtratis Gonzaga iaceres
Aſſere ſuppoſito lina rigere dedit.
Hæc tibi ferrato laniauit Sydere membra,
Hæcq; ſalutiferà te modo Peſte necat.
Hinc tibi Panchæis ardebunt nubibus Aræ,
Extollet ſacros Martia Roma Tholos.
Hinc quamuis pereas, & quāuis verus Amātes,
Qui perijt cruciet ſi memoretur Amor:
Nō ſerar in lacrymas: venerabor funera plauſu:
Nam occidis vt viuas: nam noua vita datur.

In

IN NATALIBVS

Sereniſſimi
MVTINÆ PRINCIPIS.

Ad D. CO. HIERONYMVM GRATIANVM.

ELEGIA IV.

PVpule Ateſtino ſub Climate naſceris Infans,
Inſubrum Laribus naſceris alma quies,
Naſceris: Eſtenſes repetũt noua gaudia Terras,
Te naſcente Orbis naſcitur ipſa ſalus.
Non nunc Eridanum maculat Bellona cruento
Gurgite, nec fœdat ſanguinis imber agros.
Iam ſatis Eſtenſes cecinere metalla triumphos,
Candida iam Belli fulmina, frenat Auis.
Inſuber proprios cernit reuireſcere campos,
Eſtenſis ferrum, qui timuere manus.
Si iam terribiles ſiſtris tonuere phalanges,
Horrida Bellorum nunc oricalca ſilent.

Spi-

Spicula belligeræ Martis fregere Cateruæ,
Ferri ſanguineæ iam cecidere minæ.
Armorum rigidos poſuit Bellona furores,
Ceſſat & haſtatos poſcere ad arma Duces.
Non modo, non litui reboant per inane loquaces,
Inſubrum nuper queis fremuere Domus.
Aurea Saturni redierunt ſecula Terris,
Naſcenti arrident aurea ſecla Ioui.
Scilicet Eſtenſis ſunt hæc miracula Prolis,
Quæ procul à ferro fulmina torta fugat.
Scilicet iſta tuæ Princeps ſunt munera Dextræ,
Quæ fera pacato fœdere Bella premit.
Chloris odoratas per te pubeſcere gemmas
Cernit, & Hyblæas ſurgere Veris opes.
Per te luxuriant vernantibus arua ſmaragdis,
Per te tranquilli iam rediere dies.
Per te turba volans ſoluens per inane volatus
Pulſat feſtiuo gutture blanda melos.
Spectat Syluarũ virides Amaryllis ad vmbras
Agmina Nympharum ducere læta Choros.
Hic vbi iam fractas ſpectabat Arator ariſtas,
Nunc lætus grauidæ munera Meſſis habet.
Exerit è luſtris feſtantes turba ferarum
Greſſus, Pax Martem dum procul vrget, agit.

Macte Puer: Charites tãto ſub Principe regnẽt:
Pax tibi Sceptra parit, Pax tibi ſceptra regat.
Macte: ſed Odryſios decertature per Hoſtes
Macte, tibi Cunas Pax licet ipſa ferat, (benas
Macte; Fides, Princeps, te ad prælia poſcit, ha-
Qua Creta, Thracum Barbara dextra regit.
Macte; Giganteos puerili Marte triumphos,
Illa dabit, ſimili ſub Duce bella geras.
Illa dabit Threſſi Meemethis ſternere Claſſes,
Illa dabit palmas, illa trophæa feret.
Illa rebellantes ducet ſub vincula Thracas,
Pugnabit, vincet, Dux tibi, & enſis erit.
Macte: triumphales referes de Marte Coronas
Threicio, ipſa tibi roborat arma Fides.
Pax tibi quæ ſternit cunas, tibi bella miniſtret.
Bella ferant Pacem, Pax quoq; bella ferat.

Ad

DE CYNTHIA
Me ad Amoris Caſtra vocante
Ad D. LAVRENTIVM CRASSVM.

ELEGIA V.

Cynthia amatrices orditur, Craſſe, loquelas,
Ignea vt Idalij Numinis arma ſequar.
At prius adfigar ſcopulo Scironis, & ante
Naufraga Scyllæis fluctibus Arctos erit.
Quam mea Cyprigenis vrantur corda fauillis
Atq; ſagittiferi Numinis arma ſequar.
Nonne Cupidineæ fugienda pericula pugnæ
Si Duce ſub cæco militat omnis Amans?
Nonne pharetrati fugienda Cupidinis arma,
Qui ſemper noſtro ſanguine tela linit.
Cæcus vbi molitur Amor ſua bella, catenas
Cum Victo victor cogitur ipſe pati.

Tot

Tot cædes meditatur Amor, quot ſpicula torquet,
Si ludit lędit, ſi furit ille ferit.
Vincula, tela, rogos tractat Bellator Amoris,
Dido rogos patitur, vincula, tela Procris.
Ergo ſagit tiferi fugienda ſequatur Amoris
Prælia, quiſquis amat vincula, tela, rogos.
Non erit vlla quies, cordis non vlla voluptas,
Nullaq; vera animi pax vbi regnat Amor.
Ille hominum vitijs, & curis pabula præbet,
Ille fouet rixas, fabricat ille dolos.
Quiſquis amat pœnas vexilla ſequatur Amoris,
Eſt Faber ad pœnas ingenioſus Amor.

IRIDIS POETICÆ

Coloris Elegiaci

FINIS.

Io. Aloyſij Picinardi

IRIDIS
POETICÆ
Lyricus Color.

Ad Eminentiſs. atq; Reuerendiſs.
Principem
Bononiæ Archiepiſcopum
HIERONYMVM
BONCOMPAGNVM
S. R. E. C.

Eminentiſſimo, atq; Reuerendiſſimo

PRINCIPI

HIERONYMO

BONCOMPAGNO

S. R. E. C.

Io. Aloyſius Picinardus.

L*Yricum, grauiorem ſcilicet Iridis meæ COLOREM, PRINCEPS EMINENTISSIME, Ingenij tui luminibus obijcio. Cum aliquid otij nactus fueris, benigna in illum conijce mentis lumi-*

na,

na, non lædet quandoquidem oculorum tuorum ſerenitatem, cum in eo tantum eniteat meæ argumentum obſeruantiæ erga Nominis tui celſitudinem, cui vel ipſa Æternitas nitidiſſimum immortalis gloriæ exhibet vectigal. Si quid in hoc Colore *tenebricosū inueneris, tui ſupercilij ſerenitas illud venuſtiore luminis decoret ſupellectili: Purpureas ante Draconis tui Roſas, propriæ cōſcius deformitatis* Color *iſte erubeſcit; at quid ad tantos Purpuræ tuæ fulgores non erubeſceret? Solem inconniuentibus oculis reſpicere Aquilarum ſolummodo eſt decus. Vale, meq́; tuo vt ſoles dignare patrocinio.*

Se-

Sereniſsimo, & Inuictiſsimo
PARMÆ DVCI
ALEXANDRO
FARNESIO

Hiſpanæ Claſſis Imperatori ſtrenuiſſimo,
Atque Auguſtiſſimo Belgarum
Triumphatori.

ODE I.

ET me canora fræna cupidini
Laxare præſtat: me quoq; Oloribus
Thalia ſacri haurire iuſſit
Fatidicos Heliconis Amnes.

Iamq; effluenti Pegaſeum in melos
Vt geſtientes exhilarent fibras
Lymphæ meatu, labra libant
Harmonicum numeroſa nectar.

Proh quam canoris ebria fluctibus
Feruent in æſtus pectora amabiles!
Exæſtuantes & per artus
Quam tumidus mihi Phœbus errat!

Abſcede vulgus: nil tenui iuuat
Narrare plectro: fas grauioribus
Luſtrare Permeſſi cothurnis
Antra ſacro ſubeunda greſſu.

At non ſuperbis Aſtra Gigantibus
Aggreſſa, Troiam non Agamemnonis
Irà ruentem, non Dianæ
Templa canam, Rhodiamue Molem.

Te prima merces Martis, & inclyta
Farneſiani Gloria Germinis
Tollent, Alexander, per Aſtra
Pindarico mea plectra faſtu.

Adhuc virentem te iuuenilibus
Genis, cruento Biſtonas impetu
Strauiſſe, Neptunum ſubit qua
Theſſalicis Acheolus vndis:

Te fulminanti ſcribere bellica
Ferro potentem iura ferocibus
Dicam maniplis, & rebelles
Imperio moderare Belgas.

Inuſitati paſſi humeris onus
Immane Pontis, te pauido ſinu
Scaldiſq́, Rhenuſq́, & Bathaui
Horret adhuc Galatea Ponti.

Faſtigiatis te metuunt adhuc
Vallata quamuis manibus oppida,
Et Plebs rebellantium coacta
Auſtriacis dare colla loris:

Oſtro coruſcans, & gladio rigens
Cum Martiales Claſſe Lutetiæ
Henricus Arces obſideret,
Te refugis trepidauit Armis.

Te militari puluere fulgidis
Victoriarum ponderibus dein
Mauors fatigatum quieti
Elyſia ſociauit Ora.

Hinc Belga, Batis, Gallus, & Italus
Te bellicoſis cinxit Adoreis,
Hinc & triumphis fulguranti
Totus adhuc tibi plaudit Orbis.

Ad D. Comitem

VINCENTIVM MARESCOTTVM.

Solam Virtutem Homines immortales reddere.

ODE II.

O Qui perennem ferre per vltimos
Orbis receſſus Nomine gloriam
Optas beato, cum parabit
Funereas tibi Parca tædas.

Illuc ſuperbi liminis aurea
Non tecta, gemmis non penetralia
Cruſtata, Gangis nec caducum
Lympha vehet radioſa Nomen.

Aut ſi profunda munera Tethyos
Erythra mittat, Tmolus odoribus
Si dona ditet, non beatis
Fata geres memoranda Faſtis.

Aeuum

Aeuum figuris Mentoreus labor
Ludat, Tabellas ritè coloribus
Zeuxis venuſtet, Rupe Tectum
Numidicà minitetur Axi.

Vndis latentes rubra corallium
Procella ramos euomat, ac tibi
Aurata Pactoli coruſcos
Expediat Galatea luxus.

Euiſceratis India congerat
Tributa Diues Rupibus, vltimæ
Mittant arenis dona flauis
Gangaridum pretioſa ſedes.

Mauors Idumes bellica præbeat
Trophæa, Regum teq; notet decus,
Faſtuſq;, faſceſq;, & tiara
Purpureis decorent triumphis.

Trans æquor, & trans Litora Boſphori
Præſtet tributum turba Clientium,
Regem Geloni, te catenis
Suppoſiti venerentur Indi.

Extrema tellus ſentiat Imperij
Libramen, Orbis tu moderamina
Regas, Potentum non Coronas
Trans referes Acherontis vndas.

Quot iura Marſis ante ferocibus
Scripſere, Parthis, quot Garamantibus,
Mediſq; leges, quot catenis
Barbaricos domuere Mauros.

Iniurioſa nocte latent; Viros
Obliuionis longa ſilentia
Celant, Mineruæ ni eruditum
Ingenio coluere Numen.

Nam ſola Virtus Fata perennia
Viris miniſtrans Temporis inuidos
Temnit volatus, atq; Olympi
Fronte ferit generoſa Turres.

Quin & ſuperbis trans vaga nubium
Heroas alis limina deuehens
Cogit profunda ſtagna Lethes
Attonito trepidare fluctu.

Hac

Hac te madentem Pieriis modis
Ad celſa ſacra culmina Gloriæ
Deducet, ac nectet decorum
Non fragilis Diadema Laurus;

Conſumptus horas cum exiget vltimas
Dies, per vmbras non rapient Stygiæ
Te Fata, Virtus ſed triumphans
Sydereos vehet inter Orbes.

In Nuptijs Sereniſsimi
RANVTII FARNESII,

Et MARGARITÆ de SABAVDIA

Ducum Parmæ.

Ad D. Antonium Mariam Platonum
A Secretis Iuſtitiæ, Sereniſſimi Parmæ Ducis.

ODE III.

Lymphata poſtquam bella ferocibus
Strauit catervis Italus, horridos
Damnans triumphos, & trophæa
Odryſijs ſibi parta Caſtris.

Farneſiano Saxonicam Ioui
Iungens marito fœdere Amazona
Amor triumphauit, Gradiui
Dum rigida cecidere claſſes.

Superbientis depoſuit minas
Bellona vultus cum reuireſcere
Oppreſſa vidit Martiali
Regna; ſatis vitiata Fato.

Ob-

Obſcura fumo Trinacria loca
Brontes recluſit: quin thyaſos dedit
Non ante viſos in Cyclopum
Igniuomis Steropes cauernis.

Virgà potenti Mercurius minas
Martis fugauit: fregit Orionis
Effulgurantem Pax bipennem
Terribiles minitantis iras.

Maris profundis orta penatibus
Aſt Diua toruos Adriaci timens
Rictus Leonis, totq; bella
Iſmarij truculenta Regis:

Amœna Cypri deſeruit loca,
Reliquit armis Regna tonantibus
Euerſa Paſti, Marte fœdas
Aufugiens Amathuntis oras:

Vertitq; greſſus qua Eridanus cito
Strepens meatu Liligeras rigat
Arces, tumenti quaq; fractum
Rauca gradu vorat vnda Litus.

Iuxta ſonantes fluminis impetus
Arguta cantu ſic reſono dein
Ouans mariti Fata Nexus
Rauciſonis ſociauit vndis.

Satis tumenti gurgite fulgidos
Excepit artus iam Phaeton tuos
Regale Flumen, ſat bearunt
Eridani tua buſta Nymphas.

Nunc inquietis ſurge micantior
Iactatus vndis, atq; nitentibus
Tutus lupatis nunc Paternos
Cornipedes procul Amne flectas.

At vos Sorores parcite luctibus
Maiore Curru ſurgere Margaris
Vndà dat Artus Fratris, atque
Sydeream peragrare Molem.

Farneſianis Regia Margaris
Accenſa tædis luce ſuà Padi
Illuſtrat vndas, iamq; diues
Non dubijs nitet vnda Gemmis.

Tu

Tu ditiori gurgite nunc Pado
Vmbrata ramis Parma virentibus
Iungas liquores, huc meatus
Verte nouos meliore greſſu.

Stipata plaudens huc Populi Cohors
Feſtinet: adſint Agmina Ciuium,
Et tu perenni iuncta nexu
Redde hilares per inane plauſus.

En Pinus auro fulgida Nauitam
Quæ fortè caſtum eſt tuta Cupidinem
Sortita, tanto ſubque Nautà
Iam liquidi ſecat arua Regis.

Vehit coruſco Pignora Coniugum
Superba roſtro: Margaritum decus
Dum ſuſtinet, gaudent Carinæ
Sceptriferam tenuiſſe Nuptam.

Iamq; ora ſpectans Regia Principum
Padi per vndas Glaucus ouantibus
Ridet labellis, & maritat
Vnda alacres Phaetuſa Cantus.

C 6 *Iam*

Iam bellicoſis depoſuit fera
Bellona telis Agmina, Martias
Auguſta Palmas nam reuellit
Virgo Thoris ſocianda Parma.

At tu liquores Margaris, aurea
Dum puppe calcas Eridani, ſilet
Argo coruſcum Vellus, auro
Namq; tui micuere crines.

Vultus nitores quam radians tui?
Cœleſte frontem pingit ebur vagam,
Et fulminantes dcs ocellos
Aſtriferis rutilare flammis.

Pingit coruſcis diues honoribus
Paſtana malas purpura candidas:
Regalis ardet forma, vultu
Magnanimos imitata Reges.

Amoris ergo vincula Regios
Nectant Amanes, ſpicula vulnereus
Caſto medullas igne: fibras
Innocua feriant ſagitta.

Aeter-

Aeterna fauſtà nunc Charites manu
Farneſiorum Sceptra regant, Hymen
Thoros beabit Prole, qua mox
Pacificos dabit ire menſes.

Lunata Thracum Numina Nuptijs
At bis tremiſcant: Biſtonidæ timent
Cruore iam fœdati, Orontes
Iam trepido pauet vſque fluctu.

Adhuc quietis vnda Propontidos
Criſpata Ventis iam timidas rotat
Spumas, Dianæ iamq; cerno
Pinnigeras trepidare Turres.

Secunda Fatis aſtra perennibus
Te Virgo ſeruent, fœdere Lilia
Nam tu perennabis marito
Aethercam genitura Prolem.

Ad D. IO. FRANCISCVM BONOMIVM

Cum in lucem ederet ſuum
Achillis Chironem,

Siue

Humanæ Vitæ Nauarchum.

ODE IV.

HVmana vaſtum Vita libidinum
Eſt Aequor: Aequor vel dominantibus
Regum Carinis nauigandum
Qua placidos ſimulata vultus.

Inominatis Monſtra Cupidinum
Latent ſub vndis: Ambitio, Venus
Hamata Peſtis, Liuor, Auri
Scylla vorax, Furor, Ira, Ferrum.

Hic murmuranti non grauis intonat
Malea fluctu, aſt Aether Eteſias
Maritat vndis, atque Vita
Blanditijs recreatur Aequor.

Aſt

Aſt feriatis eſt mage fluctibus
Timenda Doris: ſi Mare turgeat
Nautæ eſt timor ſuetus, ſed augent
Damna leues inopina curas.

Temnit procellas Tethyos, at Ducis,
Adblandienti dum vnda Fauonio
Criſpatur, expertes relinquit
Aeneadum Palinurus Alnos.

Heu quot quietis Vnda vorat vadis
Tranquilla Puppes! Colchica quot bibunt
Venena Nautæ! quotq́; Siren
Illaqueat numeroſa Mentes!

Heu quot Voluptatum Oceano obruti,
Vel Belluarum Sorte iuuat frui!
Proh quot ſatiſcenti Carinà
Antycira tetigere Litus!

Sed tu profanas inſidiantium
Rides procellas, BONOME, fluctuum;
Quin per Mare errantes retardas
Eloquio grauiore Nautas.

Non

*Non obtumenti te, Ambitio graue
Mentis venenum, lumine faſcinat,
Quamuis Minerualem erudito
Imperio modereris Orbem.*

*Non fulgor Auri, non Furor impotens
Grauat catenis corda tenacibus,
Sariſſa fibras non adurit
Idalio tibi torta Cornu.*

*Munita peltis namq; adamantinis
Mens æqua pectus roborat: hinc dies
Vita tueris; ne dierum
Parca truci tua penſa ferro,*

*Secet. Cupreſſos funereas tuo
Manus Senecta non Capiti inſeret,
Trudat volatu pertinaci
Præcipites licet Annus, Annos.*

*Viuax moratur prætereuntia
Nam Secla Virtus: hac meritis tuum
Dabit coronatum per Orbem
Syderibus volitare Nomen.*

Te

Te canus Othrys, Te Mare Atlanticum
Geta, Geloni, Parthus, & Aethiops
Canent, remotis audientque
Te Lybicis Garamantes Aruis:

Quin & ſupernis celſior Orbibus
Conchyliato Gloria in Eſſedo
Ibis triumphans, vt Deorum
Aſtrifera ſocieris Aula.

B. ALO-

B. ALOYSIVS GONZAGA

Ardentibus Bellis inter Venetos, & Turcas Oritur.

ODE V.

TEthyn volantum pondere Nauium
Thraces fatigant, vnda prementibus
Irata proris in triremes
Spumiferos iaculatur aſtus.

Audi: Tyranni barbara Thraciÿ
Iurata Cypro claſſica iam tonant:
Iam laxa Cauris vela iactant
Cornigerum per inane Numen.

Mars fulminanti ſulphureas vibrat
Flammas metallo, fluctibus ingemit
Pontus, per vndas dum cruentum
Siſtra animant repetita Martem.

Re-

Regina, fidas, Adriaci Maris
Soluens cateruis iuncta Fidelibus
In alta puppes, iam laceſcit
Odryſias metuenda Claſſes.

Ceu torquet altos Aetna minantibus
Ignes caminis, ſic Venetus Leo
Rictuq;, Rugituq; toruus
Terrificos vomit ore nymbos.

Dum Martiali Cyclades, & Cyprus
Torrentur aſtu, munera nobilis
Gonzaga Vita fers, & Ortum
Belligeros trahis inter ignes.

Odora qualis pabula flammei
Carpens vaporis, funeris inſcius
Conſurgit Ales, inter æſtus
Aſſyrio rediuiuus igne:

o triumpha, par Volucri Puer
Natale iactas: non tibi flammeis
Cunis coruſco, non Ticini
Immeritum dabit Vrna funus;

Sed

Sed te perenni par manet Aliti
Vitale funus: pectore feruido
Complexus ignes ſponte ſacris
Fata bibes tibi parta flammis.

Afflante Colles Romulidum Lue
Tactus, beatam ſub Capitolio
Pyram ſubibis morte quærens
Non fragilis tibi dona Vitæ.

B. ALOYSIVS GONZAGA
Iraſcentem in Ventos Adoleſcentulum
Hiſpaniarum Principem ſapienter
ſedat.
Ad D. Liuium Picinardum
Egregiæ Indolis Fratrem.

ODE VI.

B*Acchatur æquor dum Borealibus*
Exaſperatum flatibus, horrida
Ad bella Vulturnus laceſcit
Syluifragas violentus auras.

Fruſtra imperantem ſollicitus quatit
Nereus Tridentem ſi Mare turgeat
Nec frangit Auſtros ore toruo
Si tumidas minitentur iras.

Vano quid Heros Imperio iubes
Silere Cauros, ſi ſtrepit inſolens
Soluta Ventorum caterua
Præcipites meditata pugnas.

Obmur-

Obmurmurantes num iubeas Notos
Premi? procellas verbere Perſicus,
Vt iuſſit olim Rex ſecari
Dum fureret malè ſanus irà.

In occubatos ſceptra tenet Greges
Verenda Regum Dextera; ſed nequit
Regale Sceptrum iure ſacro
Aerias cohibere turmas.

Solus Theatri Rector Olympici
Nutu micantes qui Superùm Domos
Regit, potenti iure ſcribit
Aeolia ſua iuſsa Genti.

Timet proteruus non Boreæ furor
Humana Regum Sceptra: Virùm Lares
Demoliuntur perduellis
Horribiles Aquilonis auræ.

Tumultuoſo diruit impetu
Strepens ſuperbas ira Noti Domos,
Quin & maritatas Olympo
Præcipitat ſine lege Turres.

Syl-

luas reuellunt Aeolij Ducis
:atus: procellis exagitant Salum:
Concuſſa mugit Tethys Antro
Dum Lybicas quatit vnda Syrtes;

latus Euris per tumidos freti
Agros Vlyſſes Dulichiâ Rate
Errauit olim, lina quamuis
Ad patrias ſinuaret oras.

onis irâ Laomedontius
Eſt paſſus Heros Aeolidum minas
Cum naufraganti Claſſe fractæ
Aeneadum iacuere Puppes.

parce leges, parce rebellibus
Mandare ventis: iura iubentium
Temnunt Potentum: nil iuuabit
Vana truci dare verba Cauro.

Ad

AD D. IOSEPHVM BAPTISTAM

Virtutem poſuere Dei ſudore
parandam.

ODE VII.

PEctus immenſam ſeriem laborum
Forte contemnat, vigileſq; noctes
Rupibus ſcandit laqueata circum
Culmina Virtus.

Quotquot æterna monumenta laudis
Ambiunt, frontem in pluuiam liquantes
Ambiunt curas, & aperta curis
Corda fatigant.

Miles ardentis gemitus metalli
Martios audit patiens laboris,
Dux per hoſtiles pharetratus oras
Agmina lunat.

Alter

Alter infanda Dominator Aula
Gaudet aulæis redimire tecta:
Atq; gemmatos grauidi liquores
Haurit Hydaſpis.

Verrit Indorum peregrinus vndas
Puppe Mercator: peramana greſſu
Arua dum ſignat Garamantis auri
Nutrit Amorem.

Fidit infido pelago triremem
Suſtinens toruas Aquilonis iras,
Aureum & primo rapuit labore
Vellus Iaſon.

Natus Alcmena Colubros tumentes
Fregit & fauces rabidas Leonis,
Cerberum nectens domuit profundi
Sceptra Tonantis.

Nauta ſed fruſtra ſecat alta Ponti,
Dux perhorrendo metuendus enſe
Victor optato ſine honore Martis
Cadit Arenâ.

Arma non certas remorantur horas,
Perdit immenſas breuis hora gemmas,
Atq; pinnatas ſine lege Turres
Vallibus æquat.

Gloria ſolus ſuperabit Arcem,
Qui per arcanos ſophiæ receſſus,
Seu per argutas Heliconis vmbras
Explicat Alas.

Gloria celſis libitina campis
Semper humanis inimica rebus
Inſerat plantas grauidas veneno,
Atq; Cupreſſos,

Parca vitalis peragat citata
Penſa fortunæ: volucriq; ferro
Frangat humani truculenta curſus
Atropos Aeuum.

Temporis fraudes, rabiemq; Mortis
Ridet, ac ſacris celebranda faſtis
Creſcit, ingenti velut imbre Torrens,
Tempore Virtus.

Tu

Tu Mineruali nitidus pharetrà
Tela contorquens metuenda Morti
Nomen (hoc plectri pretium canori)
Inſeris Axi.

Vlla te nunquam ſuperabit Aetas,
Temporis quamuis rotet ira pennas,
Nulla Virtutem feriunt fugacis
Fulmina Fati.

AD D. VINCENTIVM TVRRIVM I. V. D.

ODE VIII.

AT quid ſuperbis trans vaga nubium
Me Phœbus alis vellera deuehit?
Inſueta mentem quæ cupido
Sydereas rapit inter Arces.

Iam fata noui. Plectra ſilentio
Me dedicantem ſuſcitat impetu
Phœbus canoro haurire mandans
Harmonicas Heliconis vndas.

Dumq; irrigati gutturis organa
Phœbi fluentis multifidum melos
Pulſata commentantur, actum
Atq; tumet mihi pectus œſtro.

Im-

Immane laudum non ſugit indoles
Canora pondus, quod mihi porrigit
Vincentius: vel ſi ſub altà
Feſſa labent mea plectra Mole.

Laudum decoris Ponderibus premi
Laus eſt: nec iſto eſt pondere clarius
Pondus coruſcum quod vetuſtus
Aſtriferi vehit Orbis Atlas.

Sed Turriana cuncta Propaginis
Pindi Camœnis qui ſtudet inclyta
Efferre, tentat vaſtum arenis
Oceani viduare Litus.

Non Martiali puluere milites
Dicam venuſtos: non rigidos Ducum
Quot barbarorum inter maniplos
Odryſias rapuere palmas.

Nam quot phalangas belligeras iugo,
Seu belluoſas Aethiopum plagas,
Thracum rebelles ſeu cateruas
Fulmineo domuere ferro:

D 3 *Iniu-*

Iniurioſo Fama ſilentio
Premit; vetuſtas TVRRIS Imagines
Quamuis reſeruet, non fugaces
Imperio moderatur Horas.

Non ſi fatiges Tu Pugil inclyte
Squamâ decorum pectus aheneâ,
Aut ſi tui fulmen furoris
Strymonias labefactet Vrbes:

Non ſi triumphos Mars tibi præbeat,
Seu fulguranti fulciat Aethiops
Citro lacunar, ſeu renidens
Gemmifero gemat Arca fœtu.

Vitabis iram, quâ furit Atropos:
Effulgurantes obruit inuida
Opes Virorum mors, Duceſq;
Sub gelidam cita trudit vrnam.

Nam ſola Virtus Imperium negat
Sentire Fati: quin cineri Virûm
Superſtes infidos volatus
Præcipitis remoratur Aeui.

Aſt

Aſt irrè tortis luminibus Themin
Adhuc ſecutum ſollicitudines
Te non prement aui, & potentem
Palladiys equitare campis.

Te ſacra Faſtis Fama perennibus
Aeternat. In te Palladis aſſeclam
Quid ſæuiat Mors? eruditus
Poſt cineres adoleſcit Heros.

Nil eſt Mineruæ ſede beatius,
Nihilq; docta mente nitentius:
Mens docta numquam paſſa noctem
Perpetuà fruitur Syene.

Fulgore tanto nunc duce proſperum
Metiris Aequor, quod ſcopulis Themis
Legum aſperat: nec moliuntur
Vorticibus Maris antra fraudes.

Non te implicatis Error agit vÿs
Humana quamuis corda ſequens, comes
Oberret indefeſſus, ipſas
Atq; regat ſine Lege Leges.

O Turriani gloria Germinis
Legale claro iam ſtadium gradu
Inuade: præbet Conſulares
Iam Genitrix tibi Luca Faſces.

Immuneratos non ſinet ingenI
Virtus labores. Solis in aureâ
Sed te triumphantem Curuli
Aethereas feret inter Aulas.

AD

Ad Sereniſsimam

CATHARINAM FARNESIAM

Sereniſſimi Ducis Parmæ Sororem
Carmelitarum D. Tereſiæ
Clauſtra ſubeuntem.

ODE IX.

QVa Martiali Chloris anhelitu
In bellicoſos Lilia Milites
Progerminans Gemmis maritat
Sceptriferos peregrina Flores.

Intaminatis Gloria greſſibus
Farneſianas ingrediens Domos
Iuſſu Tonantis geſtienti
Sic hilares dedit ore cantus:

O Virgo, Florum Germen amabile
Seruaris Axi: ſubtrahe te Salo
Pellacis Aulæ, temne Regum
Conſilio meliore Turres.

Quot Aula pompas ſubdola Regibus
Præbet, Tyrannis quot mare nobiles
Conchas miniſtrat, fulgurantes
Quot tumulat Galatea gemmas:

Erithra quantum fluctibus euomit,
Et quot repoſtis diues alit vadis
Indus Lapillos, queis nefandas
Memnonidum veneratur Aras.

Quot Hybla flores, quotq; feracibus
Sabæus oris germina parturit,
Quot parta odoris thura ſyluis
Fert Arabum ſpecioſa Tellus.

Opes, Coronas, ſceptra niualibus
Baccata gazis, Mentorea Lares
Manu notatos, Tecta Regum
Dædaleis phrygiata ſignis,

Conceſſa credas cuncta fugacibus
Modis, in vſum: ſed celeri vorat
Hæc Tempus horà, nec perenni
Irradiant pretioſa luce.

D 6 Pe-

Perit Potentum ſplendor, & aurea
Labuntur ædes, Gaza fugit cito
Caduca greſſu, tortuoſus
Ceu rapidis fugit Iſter vndis.

Quamuis venuſtet Te Charitum Chorus,
Et cana malas Lilia candident
Non inde vindex mitiori
Te perimet Libitina ferro,

Sub Sole quidquid viuit, & aurea
Nutrit venuſtas vna rapit dies.
Humana quæuis nam eſt poteſtas
Falcigera ſubiecta Morti.

Hæc ditiores torua quatit domos,
Summoq; celſos Imperio Duces:
Hæc & triumphali Potentum
Falce metit truculenta palmas:

At ſi Tonantis Syderei plagas
Mens ſpectet, Arces ſiq; animo Poli
O Virgo voluas, hic videbis
Quam placidos rutilare Soles!

Prob

Proh quam renident Cœlituum plagæ!
Aether beatis quot facibus micat!
Seruamur Axi fauſta ſi nos
Aſtra vocant famulemur Aſtris.

Iam Virgo ſacris iuncta Poli Thoris
Intacta Clauſtris inſere Lilia:
Te poſcit Axis qua beatas
Relligio tibi pandit Aedes.

AD

AD D. AB: GABRIEL BABA
Vniuerſam Philoſophiam ſuſtinentem

Sub auſpicijs Illuſtriſs. atq; Reuer.

IO: DELPHINII

Patriarchæ Aquileiæ.

ODE X.

Ergo procellis fracta rebellibus,
Importuoſi per freta Nereos
Solues carinam tortuoſos
Ingenio moderante fluctus.

En perduelli feruidus Africo
Neptunus vndas iam quatit, Aeoli
Strepunt phalanges, dum Sophia
Nauifragum tibi pandit Aequor.

Inſanienti ſuſcitat impetu
Eurus procellas, Vnda Stagirico
Fremit tumultu fraudulentis
Vorticibus meditata pugnas.

Ne

Proh quam renident Cœlituum plaga!
Aether beatis quot facibus micat!
Seruamur Axi fauſta ſi nos
Aſtra vocant famulemur Aſtris.

Iam Virgo ſacris iuncta Poli Thoris
Intacta Clauſtris inſere Lilia:
Te poſcit Axis qua beatas
Relligio tibi pandit Aedes.

AD

AD D. AB: GABRIEL BABA
Vniuerſam Philoſophiam ſuſtinentem

Sub auſpicijs Illuſtriſs. atq; Reuer.

IO: DELPHINII

Patriarchæ Aquileiæ.

ODE X.

Ergo procellis fracta rebellibus,
Importuoſi per freta Nereos
Solues carinam tortuoſos
Ingenio moderante fluctus.

En perduelli feruidus Africo
Neptunus vndas iam quatit, Aeoli
Strepunt phalanges, dum Sophia
Nauifragum tibi pandit Aequor.

Inſanienti ſuſcitat impetu
Eurus procellas, Vnda Stagirico
Fremit tumultu fraudulentis
Vorticibus meditata pugnas.

Ne

Nefidæ ventis ſuppara: verberant
Dum nauigandas agmina turbinum
Maris latebras, atq; Doris
Bella mouet violenter Aſtris.

Numquam quietis hoc Mare flatibus
Tranquillus æther temperat, otio
Non frænat ingrato furentis
Terribiles Aquilonis alas.

Armata blandis Aura Fauonijs
Deprælìantes impete turgido
Non ſternit Auſtros, feriatis
Non Zephiris recreantur vndæ.

Non hic liburnas Oebalidæ regunt
Sed verberatas Pleiades imbribus
Manant in Alnos, atq; Orion
Enſe truces minitatur æſtus.

Tot barbarorum non peragrant Feræ
Inhoſpitales Aethiopum plagas;
Remota non tot ſæuientes
Memnonidum parit Ora Tigres:

Nec

Nec pulſa tantis aura fragoribus
Rugit, rebelles cum Adriacus Leo
Formidoloſis cogit armis
Biſtonidum dare terga Claſſes.

Quot monſtra fluctus blanda Stagiricos
Vexant, quot vndis Acroceraunia
Latent, fauillas quot Chimara
Aequoreos vomit inter Agros.

Hic ſueta cantu fallere Nauitas
Syren canoro ſubdola plaſmate
Titillat aures: mugientes
Vnda fouet ſcopuloſa Phocas.

Et cuſpidatis Aequora Syrtibus
Rigent: adeſi s in ſcopulis furit
Sciron: Stagiraas Charybdis
Spumifero vorat ore Puppes.

Sed iam Sophia te rate proripis
Heros per Aequor: iam medios tenet
Carina fluctus ferre gaudens
Impauidum ſinuata Pondus.

Nou-

Nouuſq; tanti Bellerophon Maris
Vincens Chimaras ingenio, petis
PORTVM, Sacratus, Teq; DELPHIN
Tam dubias regit inter Vndas.

Delphin quieti Litoris ad plagas
Ducit : Triremis carbaſa collige :
Nam Te iuuabit tam beatum
Ingenio meruiſſe Litus.

AD

AD D. PELLEGRINVM MASERIVM

Per hyemis deſcriptionem æternum
Virtutis Ver demonſtrat.

ODE XI.

IAm trux niuoſis vecta Curulibus
Hyems rigeſcit per iuga Caucaſi,
Et ſub Quadrigis obtumentes
Aeolidum fremuere Claſſes.

Hyberna ſeptem iura Trionibus
Scripſit maligni lumine Syderis
Arctos, repentiniſq; brumis
Sarmaticas glaciauit Oras.

Perambulantem fluminis impetum
Arctant rigenti frigora compede,
Geluq; concretas acuto
Danubius remoratur vndas.

Pin-

Pincerna nubis, turgidus arbiter
Vulturnus imbris vellera nubium
Stupet per auras præliari
In liquidas reſoluta plumas.

Præceps niuoſi ſarcina prælij
Demoliendas deſuper arbores
Vexilla flectit, nixq; fractas
Auſoniæ grauat alta Rupes.

Omnis niuali Campus inhorruit
Sub Mole, Turres, & decus Vrbium,
Omnisq; ſyluarum venuſtas
Sub gelidis tumulatur vrnis.

Aſt eruditi Montis amabilem
Non bruma lædit frigore verticem,
Quà Fata Virtutem parandam
Innumeris poſuere curis.

Montis receſſus deſuper arduos
Gemmata gratis arua coloribus
Rident coronantumq; Colles
Luxuriat vaga pompa Florum

Hic

Hic non malignus depopulantibus
Vireta brumis Iupiter imperat:
Immugiens non contumaci
Aura tonat lacerata Cauro.

Perenne flores Montis at aureos
Ver feriato mulcet anhelitu
Eteſiarum, dum benignos
Prata bibunt opulenta rores.

Hic Laureatæ frontis Adorea,
Diueſq; pleno Copia te manet
Cornu, triumphatumq; Tempus
Quod vigiles domuere Lychni.

Nullis beati ſed iuga Culminis
Fas eſt profanis tangere greſſibus
Si non Minerua, ſiue Martis
Egregijs micuere pugnis.

Horrenda quamuis non tibi Martius
Exæſtuantes impetus excitat
Ad arma fibras, nec tonanti
Bella cies truculenta ſiſtro.

He-

Heros Mineruæ tu tamen inuidas
Obliuionis ſollicitudines
Premis, potens haurire ſacra
Pieriæ monumenta ſedis.

Et iam corusco te pede proripis
Montis per Oras, Fataq; deſerens
Humana Fato mitiori
Attonitum ſpecularis Axem.

INDI VATICINIVM

Ad Cunas Diui FRANCISCI XAVERII

Magni Indiarum Apoſtoli.

Ad P. Antonium Foreſtum è Soc. Ieſu.

ODE XII.

FErt qua niuales margaritum globos
Remota Tethys, qua Pyroim iubet
Aurora Iunonis receſſus
Nubiuago peragrare Curru.

Indum liquores in noua turgido
Circumſonantes Carmina gurgite
Soluiſſe fertur, ſicq; lymphis
Harmonicos animaſſe cantus.

Vidiſtis? io! Nereides, nitor
Serenat Axem fulgidus, & nouum
Xauerius ſurgens ad auras
Sydereo parit ore Solem.

Vultu

Vultu decoro Cynthiacum decus
Vibrat: vetuſtà natus origine
Regum micantem iuſſit Ortum
In ſolitis rutilare flammis.

Vix ortus atra bella phalangibus
Stygis minaris: mactè Puer, tibi
Nam mox Mineruales receſſus
Sequanici dabit Aula Regis.

Opes Parentum, tecta Corinthijs
Cœlata ſignis tu renuens, domos
Inter Loyolæas beatus
Exitium fabricabis Orco.

Hic & Tonantis iuſſa ſequens Lares
Flaui relinques Tybridis, & cità
Vectus triremi lina pandes
Ad rutilas Orientis Oras.

Tumens procellis non rabidis Ratem
Quaſſabit Aequor: non Boreas ſalum
Exaſperabit, nec Carinas
Spumiferæ maculabit æſtu.

Vul-

Vulturnus vndas deſeret: Aeolus
Curuabit auris carbaſa proſperis,
Et non fatiſcet murmurantis
Ludibrium tua Cymba Ponti.

FIDES ſtrepentis ſed Pelagi tumens
Murmur coercens Aeolios procul
Aget Tyrannos, teq; in imos
Memnonidum vehet vnda fines.

Neptunias tunc Puppe voragines
Verrens videbis limina Iaponum;
Trauancoraas, Amboini, &
Sacrilegas Orientis Vrbes.

Nefanda Ditis Signa tuo cadent
Infracta nutu; tuncq; videbimus
Deuicta nirga Monſtra Claſſis
Ad Stygias dare vela ſedes.

Camos, Pagodas, Tartareo ſacros
Franges Tonanti: cumq; ſuper Tholum
Ignem vocabis, tunc ad arma
Impauido Phlegetonta corde

Tho-

Tholi laceſces; ſulphureis Deis
Victis, caduca dona bibes ouans
Suprema vitæ: penſa ſcindens
Inda feret tibi Parca funus.

Proh quam beatis lætus in Arcibus
Luſtrabis Axem! nam Duce cælicâ
Virtute ſpectaturus Aulam
Per Superum volitabis Aedes.

Veris Tempore
Abſolutis Philoſophiæ Vniuerſæ ſtudijs
ſe ad Ruris otia confert.

Ad D. Co. Io. Baptiſtam Arconatum,

ODE XIII.

Procul Receſſus Teſqua Stagirici,
Dum ver tepenti mulcet anhelitu
Florum cateruas, atq; Campis
Dum placidi rediere Soles.

Iam, iam ſmaragdis Flora virentibus
Agros colorat: Ingenij ſatis
Datum Chimæris: ſat Sophiſtæ
Me ſteriles docuere Rixas:

Sat obſtinatis Antra laboribus,
Greſſuq; molli ſaaguine ſordido
Puer rigaui arcana, qua Mens
Socraticas fugit vſq; Lites.

E *Vix*

Vix me grauarat candida tertio
Iuuenta Luſtro, cum teneris adhuc
Me greſſibus luſtrare iuſſit
Ambigui latebras Lycai.

At noſſe Rerum nunc fugit indoles
Cauſas latentes: per cerebrum Iouis
Iuro, Stagira me Sophia
Non iterum vehet inter Oras.

Iuuat canoram nunc iuuenilibus
Inflare Buxum flatibus: Vrbium
Iuuat relinquentem Penates
Me tacitis latitare ſyluis.

Fœcundiores Aetheris innocens
Rores propinans hic facies Soli
Aurata fert ſecla, hic beati
Irradiant ſine nube Soles.

Im-

IMMENSVM LEGVM
Oceanum ingreditur.

AD D. BARTHOLOMÆVM
PICINARDVM

Patrem Amantiſſimum.

ODE XIV.

ET inquieti Legibus Aequoris
Intaminata Legis amans Themis
Me fidit, Aequor quà eruditos
Exagitat ſine Lege Nautas?

Proh quot natantes hoc Mare Cycladas,
Et vorticoſas ambit Echinadas!
Immugiens Ponto procella
Quot tumidos iubet ire fluctus!

Nec peruicaci Me Mare turgidum
Perterret ira? non Notus impotens,
Nec Scylla, praceps aut Charybdis
Veliferam remoratur Alnum.

Tiphys Mineruæ iam Rate deuehor
Legum implicatis, qua Mare fluctibus
Exaſperatur, Meq; ducit
Nauta Ratis generoſa Virtus.

Nunc contumaci fluctuet Africo
Vnda intumeſcens: vt grauis intonet
Procella, fluctu Aequor flagellet
Nauigeri Dominator Orbis.

Pulſata raucis obſtrepat vndique
Malea Cauris: deſerat Aequora,
Ludatq; Iunonis ſupernas
Aequoreum Pecus inter Alas.

Ad Arma poſca Monſtra Maris tubà
Gemmante Triton, ceu Berecynthij
Cornu ad furores excitat vox
Semimares truculenta Myſtas.

Quin murmurantes turgidus Hippotæ
Neuos habenas Aeolidum Gregi
Laxet; repercuſſaſq; Ventis
Vnda vomat ſcopuloſa Syrtes.

Non

Non inſolentes Aeolidas mea
Formidat Argo: Naufragium Mare
Fruſtra minatur, fluctuantem
Fauſta regunt Ratis aſtra Puppim:

Nam excelſa Mali non Borealibus
Vrgentur alis Suppara, Gloriæ
Curuantur auris: eſt Palæmon
Nauigij benè tuta Virtus.

Non gaza Gangis, non Garamantici
Opes receſſus me Genitor manent
Trans Aequor, auro nec coruſcum
Parua trahit mea vela Vellus.

Non quæ ſuperbo rubra corallium
Erythra fluctu germina parturit:
Conchyliatus non quæ Hydaſpes
Gemmiferà grauat Arua Meſſe.

Sed me profundum trans Themidos Mare
Poſcunt perennis Culmina Gloriæ,
Aeternitatis quæ beatas
Fama docet reſerare Valuas.

Hic obſtinatis Rura laboribus
Legum colentem Gloria Me ſuis
Fouebit Alis, vt per Aſtra
Fama meum ferat inde Nomen.

Me quà perennes nutrit Adoreas,
Frontiq; ſertum Gloria germinat,
Aſtraa ductet: iam hoſpitali
Plectra iuuat religare Lauro.

IRIDIS POETICÆ

Coloris Lyrici

FINIS.

Io. Aloyſij Picinardi

IRIDIS
POETICÆ
Epigrammaticus Color.

Ad Illuſtriſs. Excellentiſs. atque Inuictiſſimum Comitem

PETRVM PERPETVVM

A ZRINO

Regnorum Croatiæ, Dalmatiæ, & Sclauoniæ Bano, Præſidiorumq; Colapianorum ſupremo Capitaneo, ac Sacræ Ceſareæ, Regiæq; Maieſtatis Conſiliario Camerario, nec non Inſulæ

MVRAKO'Z

Capitaneo Hæreditario.

Illuſtriſsimo, Excellentiſsimo, atq; Inuictiſsimo Comiti

PETRO PERPETVO A ZRINO.

Io. Aloyſius Picinardus.

EPigrammaticum *Iridis huiuſce* Colorem, *ad tuos Heros Inuictiſſime, oculos depono, non quia gloriæ tuæ ſublimitati, quam Martis inter certamina es conſecutus, addendi nitorem mihi cupido inceſſerit, ſed vt aliquod mei erga immenſa Virtutis tuæ militaris merita, obſequij tibi offeram Symbolũ. Sereno ſupercilio excipiatur* Color *iſte, atq; tua patiatur Humanitas, me venerari fortitudinem tuam illam, cuius Elogia purpureis Othomannici ſanguinis characteribus, in perenni Immortalitatis*

 ſcul-

ſculpſit adamante Dextera tuæ gladius, qui ſe inter Orbis totius generoſiores Heroes, generoſiorem effecit, atq; tumida Viſiriorum vexilla proſternens innumeros de Barbaro Aſiæ Marte tibi peperit triumphos. Iris licet Pacis Symbolum habeatur ſi tuum præferet nomen, Belli euadet ſignum, Liuori vt exitium minitetur. De tuis, Atauorumque tuorum, aduerſus Othomannicam Tyrannidem Victorÿs, plura enarrarem, ni Paſtoris pauperis, pecus enumerare, eſſet Munus: Diues non cenſet Ouilia Paſtor. *Vale pretioſior Cæſarei Diadematis Gemma, ad totius Chriſtiani Orbis tutamen.*

MV.

MVSIS.

FEruet Amor Phœbi:pulſare tenella docetur,
Biſtonium Rhodia Barbiton Arte, manus.
Vos tamen, Aſcraa, fugiãt mea plectra, Sorores,
Bellerophontæi ſit procul vnda Pedis.
Edoceant alios modo Delphica Numina Vates,
Ipſe Puer Puero ſit mihi Phœbus Amor.

IN NATALIBVS
Magni Hetruriæ Principis.

Ad D. Co. Annibalem Ranutium.

BArbara lunato palleſcat Cynthia Cornu,
Nam modo quod metuat Thracius Orbis habet.
Vagit Hetruſcus Atlas, Bellona maxima Merces,
Qui trahat Odryſios ſub iuga Tuſca Duces.
Iunget Orontæum Tyrrhenis Orbibus Orbem,
Pondere ſubq; nouo geſtiat ortus Atlas.
Aſt indefeſſis ſenos ſi viribus Orbes
Suſtinet, huic Thracum quãtulus Orbis erit!

IN NATALIBVS
Eiuſdem Principis.

Ad Eundem.

PLaude triumphali Tyrrhena Thalia Cothurno,
Dum vernat Tuſcis Floſculus ortus Agris.
Arnus odoratâ Florem veneretur arenâ,
Threicius at trepidis murmuret Hebrus aquis.
Pallida Corrigeri, qui, lumina Syderis vmbret,
Belligerum Florem Chloris Hetruſca parit.
Ex Duce Progenies educat Achaica Florem,
Germinat ex tenero Tuſcia Flore Ducem.

Mar-

MARGARITA FARNESIA de Sabaudia Parmæ Duciſſa Sanctæ Hebdomadæ tempore Crucem maximi ponderis per publicas Parmæ vias baiulat.

EN Cruce Regales onerat pia Margaris armos,
Regia ſubq; ſacro pondere Gemma gemit.
Si mea quis ſequitur, Chriſtus, veſtigia, tollat
Ille Crucem propriam, neq; ſequatur, att. (tur,
Vt Domini greſſus, Domini vt præcepta ſequa-
Quã bene fert propriã Margaris ergo Crucẽ!

IN SATRAPAM MERCENARIVM

Ad Sodales.

QVot vigilas oculis, voluis quot lumina circum,
Non tot Ariſtorides forſitan Argus habet.
Si bibo, tu vigilas, comedo, ſi plectra flagello
Si carpo ſomnos es tamen ipſe vigil.
Heſperidum ſi te Cuſtodem Fata dediſſent
Pomis, Herculeus quid foret ipſe labor?

Idem

IDEM SATRAPA

Interrogat me, cur mea Muſa ſileat.

Ad Sodales.

TAm benè, qui noſtros obſeruat Satrapa mores,
Exploratoris Nomina ferre negat.
Explorata tamen bibulas deponit ad aures,
Sæpius hinc propriâ claudor in æde reus.
Hinc quoq; ſupremi Chironis ferre querelas
Cogimur; hinc diſcat cur mea Muſa ſilet:
Mecum Fœmineos ſpectet ne Satrapa vultus
Aufugit aſpectus prouida Muſa meos,

DE VINO

Gelu concreto, &

Sodalibus benè noto.

HAec eſt Pieriæ ſtatio ingratiſſima genti,
Hic paruos onerant triſtia vina ſcyphos.
Non hic magnanimo ſpumat Cratera Lyæo,
Cogitur aſt Bacchus frigida vincla pati.
Mirerıs me propriâ cũ Satrapa claudit in Aede,
Hic patitur Liber ſi quoq; vincla Deus?

DE

DE FVLMINE,

Quod abſumpto Dolij Vino, Dolium intactum reliquit.

IVpiter ignita diſcerpit viſcera nubis,
Vt ruat irata flamma triſulca manus:
Fracta vomit nubes Fulmen: Doliјq; Lyæo
Mox Fulmen grauidos obſidet igne ſinus.
Non Dolium lædit. conſumit at igne Lyæum,
Fulmen Germanum forſitan iſtud erat?

CYNTHIA RVBICVNDA

Hyemali tempore.

HYbernis crudeſcit hyems horrenda pruinis,
Atq; grauis pluuias explicat aura niues.
Purpureo brumas inter tamen ore niteſcit,
Cynthia nigra comas, Cynthia rubra genas.
Horrida hyems ceſſet Cāpis ſpirare Decēbrem,
Cynthia, perpetuo dat mihi Vere frui.

LEO IN VIRIDARIO

Sereniſſimi Parmæ Ducis.

O Re minax, oculiſq; tumẽs tueatur in Hortis
Heſperidum, flauas peruigil Anguis Opes.
Poma tamen rapient Aurata Sororibus Apis,
Herculeæ vires: nec vigil Anguis erit.
Syluarum Domini Cuſtodia fida Leonis
Euigilat Plantis en modo Parma tuis.
Hæc tibi non rapiet maleſidi Temporis error
Germina, ab Herculeo robore digna rapi. (ſtos
Nam tibi ne rapiat quis Florida Germina; Cu-
Eſt Leo, qui Flores excubet ante tuos.

ORPHEVS.

INgreſſus ſurdas Orpheus Phlegetontis arenas
Harmonicà Iſmarias erudit arte fides.
Biſtonio Euridicen Stygius, Rex reddere Vati
Phœbeæ blandà cogitur arte Lyræ. (tris,
Non tamen Eurydice ſtygijs reuocatur ab An-
Immemorem Legis nã Orphea reddit Amor.
Ille oculis perdit, dextra quã Ars obtinet: Eheu
Fallaces oculi ſunt in Amore duces.

Dido

DIDO ÆNEÆ

Fugienti.

FBria lugubres rorant mea lumina fletus,
Cogitur in lacrymis viuere quiſquis amat,
Feruida Cyprigenis flagrãt mea pectora flãmis,
Cogitur in flammis viuere quiſquis amat.
Non tamen, Aenea, nectũt te vincla, nec vrunt
Flammæ, non fletus te mouet vnda mei.
Irrita ne Didus cordis ſint vincula, flammæ,
Irrita ſeu fletus ne cadat vnda mei:
Vincula laxati ſint frana pudoris Eliſæ,
Vnda tibi tumulũ, det mihi flamma Rogum.

Natalitio
BAVARIÆ PRINCIPIS
tempore, videtur Cometes.

NAſceris ad Cunas crinali luce Cometes!
Fulgurat: hinc Thracum pallida Luna cadat.
Maiorem, Princeps, Phœbo te quis neget? Aſtra
Sole oriente latent, te exoriente nitent.

CICADA.

Ole ſub ardenti numeroſas verberat alas
Alis, & pulſat flaua Cicada melos.
Hæc Cæli Partus Cæleſtes ore propinans
Rores, Telluris pabula nulla petit.
Nunciat vndantes auro flaueſcere ariſtas,
Aurea, dum falcis vulnera, Meſſis auet.
Memnona non mirer: flagrãtis Solis ad ignem;
Si dum cuncta ſilent, ſola Cicada canit.

AQVILA

Super Turrim.

Vrris inaceſſo Culmen, quæ miſcet Olympo
Immota infidi Temporis arma premit.
Turrim tutatur fauſtis Iouis Armiger Alis,
Turri vt perpetuæ fœdera pacis alat.
Et quamuis feriant excelſas fulmina Turres,
Turri Aquilà tutæ fulmina nulla nocent.
Hanc Turrim feriẽt rapidæ non Temporis iræ,
Non ferit ipſa Aquilam flãma triſulca Iouis.

OR-

ORPHEVS

Dilaceratus.

B*Aſſaridum harmonicis audit Chorus Orphea plectris*
Auras mulcentem, qua ſtrepit Hebrus aquis.
Ebria Nyſæo celebrans Patri Orgia, Vatis
Dilaniatq; comas, dilaniatq; genas.
Diſcite, crudeles quam fœmina nutriat iras,
Tartara cui parcunt parcere ſi ipſa negat.

Dum Cynthia narraret

CÆSAREÆ CLASSIS VICTORIAM

Aduerſus Turcas.

I*Ntonet Auſtriacos ſiſtris Bellona triumphos,*
Explodant hilares fœta metalla globos.
Biſtonidum tumidas Germana potentia Claſſes
Strauit: Rhab Thracum ſanguinis imbre tu- (met.
Cernit belligeras effracta cadauera Ripas
Thracum ſanguineâ contemerare nece.
Viſirÿ fractæ titubant in pectore Vires,
Dũ Mars Auſtriacæ fulmina torquet Auis.
Deſine Lunato bellari Thracia Cornu, (ui.
Quando Aquila Auſtriaco fabricat arma Io-

In

In Funere Sereniſs.

MARGARITÆ FARNESIÆ
De Sabaudia

Parmæ Duciſſæ.

HOrrida Parmenſes nunc ſylua Cupreſſina campos
Vmbrat, Aligera Sylua inimica Plagæ.
Gemmea fatali famulantur pectora ferro,
In lacrymas tanto funere Tarus abit.
Mille fleat Gemmas hac Gēmà Tarus in vnà,
Non ſimilem Gemmam ſecula mille ferent.

In Funere Eiuſdem.

TE naſcente Poli rorantes lumina fletus
Stillant, nunc Tellus te pereunte fleat.

In Funere Eiuſdem.

REdditur Aſtrifero Farneſia Margaris Axi,
Fit ſolum hac Gemmà ditior orbe Polus.

In

In Vatem Obſcænum.

DAphnidis vt Pindus tua tempora frõde co-(ronet,
Phœbæa Idalio pollice plectra moues.
Obſcænum Rhodià modularis arũdine Carmen,
Solus vt impurus ſit tibi Phœbus Amor.
Sordida millenã Venerem tua Carmina ſpirãt,
Eſt tamen hac inter Carmina nulla Venus.

CYNTHIA.

Pennas mihi dono dat.

CYnthia dat Pennas: Pennis mihi vulnera figit,
Cordibus, his leges ſcribere diſcat Amor.

ALEXANDRI MAGNI

Epitaphium.

EN breuis Vrna capit, totus quem non capit Orbis,
Hoc Marmor toto vaſtius Orbe fuit.

AD D. IO. IACOBVM GRIMALDVM

Petentem Romam.

IQua Martis opus Virtutū maxima Nutrix
Tollit Dardanio Culmine Roma Caput.
Fiet Roma tua Virtuti grande theatrum,
Cum ſeptemgemini Climatis hoſpes eris.
Tybris Phocaico ſaturabit murice fluctus,
Vt tibi purpureo gurgite dona ferat. (ras
Tybridis aſt Aegle diademata, Sceptra, Thia-
Euomat ante tuos obſequioſa pedes.
Pauca tamen donat, tibi quamuis omnia donet,
Omni tu ſemper Munere Maior eris.

Ad Eundem.

TYbridis Auſonios inter, Grimalde receſſus
Ibis, teq; ſequi non mihi ſorte datur.
Te mihi Roma rapit, ſed Dardana tecta petentē
Si nequeunt greſſus te comitatur Amor.
Mutua ne noſtri ſoluantur vincula cordis,
Si te ROMA rapit, te mihi reddat AMOR.
Cordibus in geminis gemini ſeruentur Amores,
Vnus at in gemino corde triumphet Amor.
In te totus ero ſi ſic ſeruentur Amores,
In me ſic toto tu quoq; totus eris.

A-

CATHARINA VIRGO

Dum Capite plectitur lac effundit, prō ſanguine.

VT metat humanas Lictor truculētus ariſtas,
Virgo ſubis teneram lactea ſpica necem.
Excutitur rigidà Ceruix iugulata bipenni,
Saucia ſed niueo flumine Colla fluunt.
Cernimus hinc niueo ſoboleſcere Lilia vultu,
Dum expertes culpæ non rubuere niues.
Et benè lacteolis albeſcunt Colla pruinis,
Lambit & intactos Lactea Flora ſinus:
Lilia nam niuei cum ſint vectigal Amoris,
Quo vreris æthereus Lilia ſoluit Amor.

B. ALOYSIVS GONZAGA

Sine ſenſus Celebratur in Aulis.

TE ſine Carne canūt Aula, Gonzaga Potētū,
Nec ſine Carne tuos protrahis vſq; dies.
Pectore totus Amor Cœli mercaris Amores,
Vllus nec ſtimulat pectora Carnis Amor.
In te pila tamen gemini iaculantur Amores,
Aurea Diuus Amor, ferrea Carnis Amor.
Aurea Diuus Amor, Carnis ſed ferrea figit
Vulnera, & iſta nocent, aurea at illa iuuant.
Hinc benè tu Diuo tantum famularis Amori,
Aureus hic Amor eſt, ferreus alter Amor.

Prin-

Princeps

ALEXANDER FARNESIVS

In Hiſpania à graui morbo liberatur.

PVgnat Alexander Regis Bellator Iberi,
Vulnera quot vibrat, tot quoq; corda necat
Luſiadum fractas immani clade phalanges
Cogit præcipiti fidere terga fugæ.
Inuida pugnatem Mors illum ad bella laceſcit
Ne tot de hoſtili Marte trophæa ferat.
Cautior inde tamen renuit concurrere ſecum,
Victima fulminea ne cadat ipſa manus,

Idem Princeps
A morbo liberatus.

VIctor in Hiſpanis Farneſia Lilia Campis
Mauors Luſiadum ſanguinis imbre riga
Hæc quæ Cæruleo florebant Germina vultu,
Germina purpureo picta colore rubent.
Talia belligeros pariant ne Germina fructus,
Inuida Mors Flores vindice falce quatit.
Irrita falx cecidit, Mortiſq; audacia: Flores
Seruat Alexandri nam genero ſa manus.

DE PVELLA COECA.

L*Ydia cæcutit: quæuis mens ambigat; an ſit*
Nunc mage cæcus Amor, vel mage cæca Venus.

Miles Germanus Bononiæ vna cum Socio Capite damnatur, ſed cum Socius fœmina ſit repertus, veniam obtinet, & ei deſponſatur.

E*X Cruce ſors Miles tædas tibi præſtat Amoris,*
Collaq; non laqueus ſed tibi corda ligat.
Crux Thalamos, Thalamiq; Cruces in Carcere prabent,
Num Cruce tormentum mitius Vxor erit?

ÆNEAS TVRNO.

N*On benè Turne ſubis mecum Certamen Amoris,*
Nā Venus eſt Genitrix, eſt mihi Frater Amor

F Dido

DIDO ÆNEÆ

Fugienti.

V*Ela Notis tumeant: nec mordeat anchora*
Litus,
Aufugiat Didus profugus Hoſpes opes.
Non pigeat leuibus Neptunia Regna Carinis
Findere, & infido fidere luna Mari.
Aeolus Arctoà Ventos explodat ab Arce,
Et Borea liquidos aſperet ira Sinus.
Aeneæ foueant ſcopuloſas Aequora Syrtes,
Vndaq; Scyllæo Vortice fracta fremat.
Acta gemant Pelagi ſpumantibus arua procellis
Pinus, & iratis fluctibus acta natet.
Aeneas rabidà mergatur naufragus vndà;
Si fugit flammas, contumuletur aquis.

SOL,

Et Sydera.

P*Hœbus, & Aſtra Polũ crinali luce venuſtãt,*
Si latet, illa nitent, ſi nitet, illa latent.

Phi-

PHILEMON

Picta Oſtia aperire conatur.

P*Inxerat induſtres Crotilli dextera Poſtes,*
Valuarum vt gererent Oſtia picta vices.
Impellit Valuas pingui dum mente Philemon,
Depictas tentat pandere dextra Fores.
Contrudit Poſtes, inſtat, deſudat, anhelat,
Conatur, certat, nititur, vrget, agit.
Viribus Herculeis quamuis deſudet in ictus,
Non potis eſt fictas pandere dextra fores.
Quid nunc miretur fallacia Lintea Apelles?
Clarius his referunt ſecula noſtra decus.
Illa manus, oculos luſerunt: Oſtia ludunt
Hæc vires, oculos, decipiuntq; manus.

FABER FRACTVM APOLLINIS

Simulacrum in Latrinam conijcit.

C*Onijcis in fœdã Phœbi ſimulacra Latrinã,*
Te hac mage tam pinguem quam decet Vrna Fabrum!

DIVVS FRANCISCVS XAVERIVS

cum Militibus ludit, & lucratos illis Nummos donat.

XAuier vt ludat, ludit cum Milite Miles,
Ludere quiſquis auet, ludere quiſquis amat.
Franciſcus ludit, deuictum ludat vt Orcum,
Franciſcum vt ludat, ludere Miles auet.
Ille tamen vincit, nam Miles ludere ludum
Cogitur; hic vinci, vincere at ille meret.
Sed pia quod vincit largitur dextera victo,
Quiq; fuit victus, nunc quoq; Victor adeſt.
Si victus vincit, dum perdere cogitur: Error
Non erit hic vinci, vincere at error erit.
Victore a ſummo vinci victoria ſumma eſt:
Et mage qui victus, tam mage victor erit.

Idem

DE EODEM.

ATe ſi victos tu cogis vincere: dicas
Sitne magis vinci, vincere ſitne magis?

B.Aloy-

B. ALOYSIVS GONZAGA

Nondum natus ſacro Fonte luſtratur.

NAſceris Auſonijs Pœnix peregrinus in oris
Phœnix Cæſareas clarior inter Aues.
Non tibi odoratis lacrymet Panchaia gemmis,
Roſcida non labris Aſtra fluenta liquent.
Nam dum Luſtrali Phœnix educeris vnda,
Fert tibi Luſtralis pocula ſacra liquor. (dos,
Nõ tibi Memnonios fabricent xilobalſama ni-
Secta nec in Cunas Cynnama curuet Arabs.
Diuus Luſtrali dum Spiritus incubat vndæ
Et Nidum, & Cunas Hic tibi præbet Aquis.
Ex Vndis Volucres noui eduxiſſe Tonantem,
Hinc benè Luſtrales naſceris inter Aquas.

AGNVS DEI

Leo de Tribu Iudæ.

OMnia vincit Amor: quid non modo cedat (*Amori*
Agnum ſi ille facit qui fuit ante Leo?

DE DIVO FRANCISCO

Siculum tranante fretum

FIdit vt infidis Calaber ſua pectora Campis,
Regna procelloſi mox ſiluere Maris.
At rate non vllà Neptuni Litora tranat,
Nec merſat ſacros Tethyos vnda pedes.
Zelat ſacratam Doris calcata ſalutem,
Litus in aduerſum Lanaq; membra vehit.
Immadido pede tranat Aquas: dū Lanea ſacrū
Cymba vehit Pondus, Pes Mare tutus arat.
Spiritus ipſe Dei volitauit deſuper vndas,
Deſuper has volitat nunc animoſa Fides.

DIVVS LAVRENTIVS

Iuſſu Tyranni toſtus.

VRunt Laurigeras flāmata Volumina fibras,
Et quoq; Diuinus pectora adurit Amor.
Vulcani te flamma coquit, te torret Amoris
Flamma, ſed inde ignes igne medetur Amor.
Quis dicat non eſt medicabile vulnus Amoris?
Si tibi Corda ferit, Corda medetur Amor.

Diuus

DIVVS IGNATIVS LOYOLA

Venerem alienam in ſtagno gelu concreto extinguit.

CYpridos vt ſeruet Iuuenẽ Loyola Miniſtrũ,
Ac pereat gelido Cypria flamma Lacu.
Ritè ſubit gelido fluctus adamante rigentes
Nam extinguit ſimiles vnda magiſtra Faces.
Odit Acidalias Veneris mox Myſta fauillas,
Dum flammæ vt pereant cõſulit Ignis aquas.
Vndis nũ Imperium cõtendet Flãma, neſandas
Si premit imperio, Cypridos, Vnda, Faces?

De Eodem.

COmprimit Idalios Vndis Ignatius Ignes,
Gnydia nata Mari eſt: occidit inter aquas:

DIVVS THOMAS AQVINAS

Petulcam Fœminam titione fugat.

TOrre fugas Venerẽ, cœciq; Cupidinis Ignes
Eſt face, qua torret pectora, toſtus Amor.

AD D. IO. IACOBVM GRIMALDVM

Petentem Romam.

I Qua Martis opus Virtutũ maxima Nutrix
Tollit Dardanio Culmine Roma Caput.
Fiet Roma tua Virtuti grande theatrum,
Cum ſeptemgemini Climatis hoſpes eris.
Tybris Phocaico ſaturabit murice fluctus,
Vt tibi purpureo gurgite dona ferat. (ras
Tybridis aſt Aegle diademata, Sceptra, Thia-
Euomat ante tuos obſequioſa pedes.
Pauca tamen donat, tibi quamuis omnia donet,
Omni tu ſemper Munere Maior eris.

Ad Eundem.

TYbridis Auſonios inter, Grimalde receſſus
Ibis, teq; ſequi non mihi ſorte datur.
Te mihi Roma rapit, ſed Dardana tecta petentẽ
Si nequeunt greſſus te comitatur Amor.
Mutua ne noſtri ſoluantur vincula cordis,
Si te ROMA rapit, te mihi reddat AMOR.
Cordibus in geminis gemini ſeruentur Amores,
Vnus at in gemino corde triumphet Amor.
In te totus ero ſi ſic ſeruentur Amores,
In me ſic toto tu quoq; totus eris.

A-

CATHARINA VIRGO

Dum Capite plectitur lac effundit, prō ſanguine.

VT metat humanas Lictor truculētus ariſtas,
Virg. ſubis teneram lactea ſpica necem.
Excutitur rigidà Ceruix iugulata bipenni,
Saucia ſed niueo flumine Colla fluunt.
Cernimus hinc niueo ſoboleſcere Lilia vultu,
Dum expertes culpa non rubuere niues.
Et benè lacteolis albeſcunt Colla pruinis,
Lambit & intactos Lactea Flora ſinus:
Lilia nam niuei cum ſint vectigal Amoris,
Quo vreris æthereus Lilia ſoluit Amor.

B. ALOYSIVS GONZAGA

Sine ſenſus Celebratur in Aulis.

TE ſine Carne canūt Aula, Gonzaga Potētū,
Nec ſine Carne tuos protrahis vſq; dies.
Pectore totus Amor Cœli mercaris Amores,
Vllus nec ſtimulat pectora Carnis Amor.
In te pila tamen gemini iaculantur Amores,
Aurea Diuus Amor, ferrea Carnis Amor.
Aurea Diuus Amor, Carnis ſed ferrea figit
Vulnera, & iſta nocent, aurea at illa iuuant.
Hinc benè tu Diuo tantum famularis Amori,
Aureus hic Amor eſt, ferreus alter Amor.

Prin-

Princeps

ALEXANDER FARNESIVS

In Hiſpania à graui morbo liberatur.

PVgnat Alexander Regis Bellator Iberi,
Vulnera quot vibrat, tot quoq; corda necat
Luſiadum fractas immani clade phalanges
Cogit præcipiti fidere terga fugæ.
Inuida pugnantem Mors illum ad bella laceſcit
Ne tot de hoſtili Marte trophæa ferat.
Cautior inde tamen renuit concurrere ſecum,
Victima fulminea ne cadat ipſa manus,

Idem Princeps
A morbo liberatus.

VIctor in Hiſpanis Farneſia Lilia Campis
Mauors Luſiadum ſanguinis imbre rigat
Hæc quæ Caruleo florebant Germina vultu,
Germina purpureo picta colore rubent.
Talia belligeros pariant ne Germina fructus,
Inuida Mors Flores vindice falce quatit.
Irrita falx cecidit, Mortiſq; audacia: Flores
Seruat Alexandri nam generoſa manus.

De

DE PVELLA COECA.

LYdia cæcutit: quæris mens ambigat; an ſit
Nunc mage cæcus Amor, vel mage cæca Venus.

Miles Germanus Bononiæ vna cum Socio Capite damnatur, ſed cum Socius fœmina ſit repertus, veniam obtinet, & ei deſponſatur.

EX Cruce ſors Miles tædas tibi præſtat Amoris,
Collaq; non laqueus ſed tibi corda ligat.
Crux Thalamos, Thalamiq; Cruces in Carcere præbent,
Num Cruce tormentum mitius Vxor erit?

ÆNEAS TVRNO.

NOn benè Turne ſubis mecum Certamen Amoris,
Nã Venus eſt Genitrix, eſt mihi Frater Amor

F Dido

DIDO ÆNEÆ

Fugienti.

V *Ela Notis tumeant: nec mordeat anchora Litus,*
Aufugiat Didus profugus Hoſpes opes.
Non pigeat leuibus Neptunia Regna Carinis
Findere, & infido fidere lina Mari.
Aeolus Arctoà Ventos explodat ab Arce,
Et Borea liquidos aſperet ira Sinus.
Aeneæ foueant ſcopuloſas Aequora Syrtes,
Vndaq; Scyllæo Vortice fracta fremat.
Acta gemant Pelagi ſpumantibus arua procellis
Pinus, & iratis fluctibus acta natet.
Aeneas rabidà mergatur naufragus vndà;
Si fugit flammas, contumuletur aquis.

SOL,

Et Sydera.

P *Hœbus, & Aſtra Polũ crinali luce venuſtãt,*
Si latet, illa nitent, ſi nitet, illa latent.

Phi-

PHILEMON

Picta Oſtia aperire conatur.

Pinxerat induſtres Crotilli dextera Poſtes,
Valuarum vt gererent Oſtia picta vices.
Impellit Valuas pingui dum mente Philemon,
Depictas tentat pandere dextra Fores.
Contrudit Poſtes, inſtat, deſudat, anhelat,
Conatur, certat, nititur, vrget, agit.
Viribus Herculeis quamuis deſudet in ictus,
Non potis eſt fictas pandere dextra fores.
Quid nunc miretur fallacia Lintea Apelles?
Clarius his referunt ſecula noſtra decus.
Illa manus, oculos luſerunt: Oſtia ludunt
Hæc vires, oculos, decipiuntq; manus.

FABER FRACTVM APOLLINIS

Simulacrum in Latrinam conijcit.

COnijcis in fœdã Phœbi ſimulacra Latrinã,
Te hac mage tam pinguem quam decet Vrna Fabrum!

DIVVS FRANCISCVS XAVERIVS

cum Militibus ludit, & lucratos illis Nummos donat.

XAuier vt ludat, ludit cum Milite Miles,
Ludere quiſquis auet, ludere quiſquis amat.
Franciſcus ludit, deuictum ludat vt Orcum,
Franciſcum vt ludat, ludere Miles auet.
Ille tamen vincit, nam Miles ludere ludum
Cogitur; hic vinci, vincere at ille meret.
Sed pia quod vincit largitur dextera victo,
Quiq; fuit victus, nunc quoq; Victor adeſt.
Si victus vincit, dum perdere cogitur: Error
Non erit hic vinci, vincere at error erit.
Victore a ſummo vinci victoria ſumma eſt:
Et mage qui victus, tam mage victor erit.

Idem

DE EODEM.

ATe ſi victos tu cogis vincere: dicas
Sitne magis vinci, vincere ſitne magis?

B.Aloy-

B. ALOYSIVS GONZAGA

Nondum natus ſacro Fonte luſtratur.

NAſceris Auſonijs Pœnix peregrinus in oris
Phœnix Cæſareas clarior inter Aues.
Non tibi odoratis lacrymet Panchaia gemmis,
Roſcida non labris Aſtra fluenta liquent.
Nam dum Luſtrali Phœnix educeris vnda,
Fert tibi Luſtralis pocula ſacra liquor. (dos,
Nõ tibi Memnonios fabricent xilobalſama ni-
Secta nec in Cunas Cynnama curuet Arabs.
Diuus Luſtrali dum Spiritus incubat vnda
Et Nidum, & Cunas Hic tibi præbet Aquis.
Ex Vndis Volucres noui eduxiſſe Tonantem,
Hinc bene Luſtrales naſceris inter Aquas.

AGNVS DEI

Leo de Tribu Iudæ.

(Amori
OMnia vincit Amor: quid non modo cedat
Agnum ſi ille facit qui fuit ante Leo?

DE DIVO FRANCISCO

Siculum tranante fretum

F*Idit vt inſidis Calaber ſua pectora Campis,*
Regna procelloſi mox ſiluere Maris.
At rate non vllà Neptuni Litora tranat,
Nec merſat ſacros Tethyos vnda pedes.
Zelat ſacratam Doris calcata ſalutem,
Litus in aduerſum Lanaq; membra vehit.
Immadido pede tranat Aquas: dũ Lanea ſacrũ
Cymba vehit Pondus, Pes Mare tutus arat.
Spiritus ipſe Dei volitauit deſuper vndas;
Deſuper has volitat nunc animoſa Fides.

DIVVS LAVRENTIVS

Iuſſu Tyranni toſtus.

V*Runt Laurigeras flãmata Volumina fibras,*
Et quoq; Diuinus pectora adurit Amor.
Vulcani te flamma coquit, te torret Amoris
Flamma, ſed inde ignes igne medetur Amor.
Quis dicat non eſt medicabile vulnus Amoris?
Si tibi Corda ferit, Corda medetur Amor.

Diuus

DIVVS IGNATIVS LOYOLA

Venerem alienam in ſtagno gelu concreto extinguit.

CYpridos vt ſeruet Iuuenẽ Loyola Miniſtrũ,
Ac pereat gelido Cypria flamma Lacu.
Ritè ſubit gelido fluctus adamante rigentes
Nam extinguit ſimiles vnda magiſtra Faces.
Odit Acidalias Veneris mox Myſta fauillas,
Dum flamma vt pereant cõſulit Ignis aquas.
Vndis nũ Imperium cõtendet Flãma, nefandas
Si premit imperio, Cypridos, Vnda, Faces?

De Eodem.

COmprimit Idalios Vndis Ignatius Ignes,
Gnydia nata Mari eſt: occidit inter aquas:

DIVVS THOMAS AQVINAS

Petulcam Fœminam titione fugat.

TOrre fugas Venerẽ, cæciq; Cupidinis Ignes
Eſt face, qua torret pectora, toſtus Amor.

HELENA

Troia ardente.

IN lacrymis aliæ cogantur viuere Amantes,
Me tantum in flammis viuere cogit Amor.

DE DIVA CATHARINA

Lac dedit pro ſanguine.

SAucia lacteolos rorant tua Colla liquores,
Iſta lapillo albo eſt alba notanda dies.

ARTEMISIA.

EN cineres, Mauſole, tuos mihi pocula præbēt,
Debita Mauſolo eſt nam meus vrna ſinus.

HERCVLES

Penſa trahens.

VIncere, non potuit monſtris quē liuida Iuno,
Fœmineo imbellis robore vincit Amor?

Mar-

MARCHIONI VIRGILIO MALVETIO

Ex ſupremo Belli Conſilio apud Hiſpaniarum Regem.

Epitaphium.

SIſtat ſi quis adeſt: hac Atropos arctat in vrnà
Cui modo Mantoi nomina Vatis erant.
Conſilio tumidos debellauiſſe Gigantes
Credat, & Hiſpano conſuluiſſe Ioui.
Et ſibi cum Sapiens ſi non benè conſulat, Orbi
Ipſum nil toto conſuluiſſe iuuet:
Hic ſibi dum moritur benè cõſulit, æquat Olym-
Non niſi poſt cineres gloria ſacra Viros. (po,
Non tam laudandus quamuis Conſultor Iberi,
Ni ſibi ſic moriens conſuluiſſet, erat.

BEATVS ALOYSIVS GONZAGA
A nocturno incendio illæſus.

MEmbra ſoporiferæ credit Gonzaga quieti,
At ſurit atq; vrit fida fauilla thorum.
Non Puerum lædit, tamen vrit flamma Cubile;
Non lædunt flammæ quem face terret Amor.

LEANDER.

SVm mihi tuta rates, tutus ſit Nauta Cupido,
Credita ſpumoſo vortice membra natent. (ris
Nõ Mare, nõ Ventus me lædet: Mater Amo-
Orta eſt ex vndis, eſt quoq; Ventus Amans

F 5 D.Aloy-

D. ALOYSIO MAGNO BONONIENSI

Philoſophiæ Doct. Colleg. & Lect. Pub.
Anno Ætatis ſuæ xii.

(gnũ
A *Vdio ſoluentem ſcopuloſa Sophiſmata Ma-*
Pellæo ſimilem quem reor eſſe Ioui.
Magnus Alexander paruum ſe corpore præſtet
Magnus Aloyſius corpore paruus adeſt.
Vincula mente ſecat Logicalia, Gordia ferro
Magnus Alexander, Magnus Aloyſius.
Diſcrepat hoc vnum, Macedo grauiora docetur
Dogmata Ariſtotelis, Magnus at illa docet.

Ad Eundem.

F *Allor? an arguto circũfremit aura tumultu?*
Atq; Stagiræo murmure pulſa tonat?
Iam teneo: Sophiæ ſoluis Pugil inclyte rixas,
Quamuis clamoſo fulminet enſe Sophus.
Hic ſi Thebanæ Sphingos paradoxa miniſtret,
Oedipus, ingenij viribus, alter ades.
Si Labyrinthæi ſunt Argumenta receſſus
Mox Ariadnæam fert tibi Pallas Opem.
Vincula, quod, Phrygij ſoluit fatalia Regis
Sors dedit Aemathio Regna opulenta Ioui.
Aſt te, Palladiâ Victor generoſus arenâ,
Dum ingeniũ ſoluis, quã mage plura manent!

D.Io.

D. IO. FRANCISCO BONOMIO

Viro eruditiſſimo,

Gratias agit de Moralibus, ſibi ab eodem Heracliti dono miſſis Fletibus.

SYdera Erythræas lacrymarũ ſemine Conchas
Dũ implent gẽmifera Munera meſſis habẽt.
Tu mihi dum ingeniũ lacrymarũ ſemine ditas,
Sit niueus lacrymis Gemmea Meſſis Amor.

Ad Eundem.

De Moralibus ipſius Heracliti Fletibus.

BOnome flere doces: oculis ſit flere voluptas:
Proh quam me tanto te Duce flere iuuat!
Lumina flere doces: Cordis ſunt gaudia fletus,
Sed ne corda fleant, lumina flere doces.
Quã benè flere doces! lacrymis dũ gaudia miſces;
Quid benè non doceas, ſi benè flere doces?

AD EVNDEM

Ob ipſius Opus mihi dono miſſum, cui Titulus

Morales Democriti riſus.

FLeuimus humanos milleno lumine Caſus,
Bonome, nam lacrymis lumina flere doces.
Nunc ridere iuuat mortalis Gaudia Vitæ,
Nam tua nunc riſus nos monumenta docent.
Hinc te miretur Lacrymis coniungere Riſus
Quiſquis amat Fletus, Gaudia quiſqus amat.
Vltima parturiunt inopinos Gaudia Fletus,
Gaudia quid Fletus nunc inopina parit?

AD EVNDEM

DIVI IO. BONI BONOMII

Vitam ſcribentem.

BOnome, Bonomij Vitam, miracula, mores
Hac ſeruat calamis pagina ſcripta tuis.
Nil niſi Diuinum ſapit hac tua pagina: ſcripta
Congrua Scriptori Pagina namq; ſuo. (eſt
Bonome, Bonomij Vitam quid ſcribis? in ore
Bonomij Vitam Bonome Scriptor habes.

Diu-

D. STEPHANVS PROTOMARTYR

Inrer Lapidum tempeſtates Cœlos videt apertos.

P. MAG. PAVLO HIERONYMO

Giaccono de Garexio.

MArmoreis cruciat lictor dum pectora panis
Innumeris ſaxis ſaxea membra facis.
Sydera tot ggnis, vibrat quot ſaxea Miles
Vulnera, queis ſa iles ponis in Aſtra gradus.
Ictibus at Lictor, rictuq: minetur atroci,
Nam, inter ſaxa, Poli limina aperta vides.
Cœlituum penetrale vides: Amphiona vincis
Cedunt his ſaxis ſaxa animata decus.
Ille trahens lapides Thebarum mœnia ſtruxit,
At lapides inter diruis ipſe Polum.

NAVALI CHRISTIANISSIMI

Galliarum Regis Claſſi.

LIligeri vexilla volent victricia Regis,
Regis Orontęi Cornua fracta cadant.
Spectet Biſtonium palleſcere Thracia Numen
Et ruat ante tuas Cynthia prona Rates
Solue Rates: Thracū flaua inſere Lilia Campis
Thracia nam eſt Tellus Floribus apta tuis.

Gi-

ALPHONSVS DVX MVTINÆ

Arthriticus emoritur.

SErpit Ateſtinos Arthritis lenta per artus,
Teq; necem Princeps imperat illa pati.
Nexuit ignotis tibi Regia Membra catenis
Implicuitq; pedes, implicuitq; manus.
Callida Mors tecum decertatura, ſolutas
Arma quibus tractes non ſinit eſſe manus.
Non niſi ſic vinctum te Mors aggreſſa fuiſſet,
Nec tu victus eras, ni quoq; vinctus eras.

GIGANTES

AD D. VINCENTIVM MASCALCHIVM.

ARcibus Aſtrorum Phlegra turrita Iuuentus
Aggere Theſſalico ſaxea bella mouet.
Flammea fulminei ridet Iouis arma Tiphœus
Enceladus pugnat, centimanuſq; Gyges.
Saxa rotant Fratres: mutatis Numina formis
Mox in Niliacis delituere plagis.
Axis at Altitonans Titanum comprimit iras
Vibrans flammifera tela triſulca manus.
Mole dein propria Pubes iacet obruta: non eſt
Roboris humani vincere poſſe Iouem.

De

DE PVERO FORMOSO,

& Claudo.

FOrmoſus Lycidas graditur dũ diſpare greſſu,
Si iam cæcus erat fit modo claudus Amor.
Claudus Amor diſcit Claudi præcepta Parentis,
A Boue Maiori diſcit arare minor.

ECHO PICTORI.

VOx Rupis, fracta ſum filia Poſthuma Vocis,
Et me dat ſyluis muta cauerna loqui.
Vox ſine voce loquor: me nunquam muta Poeſis,
Sed Pictura loquax pingere ſola poteſt.

AD CYNTHIAM.

ES Veneri ſimilis, ſed non tibi, Cynthia, ludit
Flaua capillorum per vaga colla ſeges.
Cynthia ſed Frõtem tibi nox crinalis obumbrat,
Hac Frontis niteant vt magis Aſtra tuæ.

PVELLA

Siniſtro oculo capta, & formoſa.

LVmine habet Frontem captam Lucinda ſi- (niſtro,
Attamen hac clauſà Frons mage luce ferit.
Cæcus Amor reddit viduatum lumine Frontē,
Namq; pati Soles Frons nequit vna duos.

CYNTHIA

Pennas Phrygiatas mihi dono dat.

ARte laboratas Phrygià mihi Cynthia, Pen-
nas
Donat, vt his feriat pectora promptus Amor.
Cuſpide munit Acus Pennas tibi Cynthia, for- (ſan
In Pennis Pœnas vt mihi donet Amor?

DE PVELLA DEFORMI.

LVmine torua tumet, ſyluescit crinibus hirtis,
Sordida Betta ſinus, ſordida Betta genas.
Fit quem nutrit Amor morbus medicabilis: ipſa
Omnibus eſt Veneris Betta medella malis.

AD CYNTHIAM.

O Re tuo non eſt formoſior vlla venuſtas
Cynthia nigra oculos, Cynthia nigra comas
Nigra Comas licet, es pulcherrima: pulchrior eſſet
Pulchra tibi ſimilis ſi foret ipſa Venus.

ICARVS DÆDALO.

R Emige pennarum, Genitor, per inane natabam,
Vt natat liquidis ſquammea turba fretis.
Iure liquat mihi Sol pennata volumina: pennis
Tam bene cum viduus per freta ſalſa natem.

MILES CORNVTVS.

V T ſternas hoſtes, formidataſq; cateruas
Ferrea ferrati prælia Martis ames.
Bellica fulmineas, quo, vibret Dextra ſagittas
Frons tibi lunatis Cornibus Arcus erit

Cyn-

CYNTHIA

Roſas mihi dono dat.

PVrpureis viduet ne dextra Roſaria gemmis,
Mitte tui vultus Cynthia pulchra Roſas.
Spina rigere Roſas Veneris dat plurima: vultus
Sed non ſpina tuas aſperat vlla Roſas.

ALEXANDRO FARNESIO

Supremo apud Belgas Hiſpanæ
Claſſis Imperatori.

Epitaphium.

HIc vbi Numidicã ſurgit de Rupe Sepulchrũ
Liligeri Martis buſta ſepulta iacent.
Traxit in Hiſpana cum Belgas iura Corona,
Si Magnus Macedo, Maximus iſte fuit.
Armatis vidit vallata Lutetia Caſtris
Hoc Duce Regales vertere terga Duces.
Mars erat, & Mortem ferro domuiſſet anhelã,
Sed nulli Mortem lædere Marte datur.

Phi-

PHILIPPO III.

Hiſpaniarum Regi.

Epitaphium.

OCcupat Auſtriacà Marmor de Gente Phi-
Aurea frōs Solis cui diadema fuit. (lippus
Indos edomuit, Thracas, Belgaſq; rebelles,
Et fera Maurigenum contudit Arma Ducū.
Hoc Marmor tanto Regi nunc Fata dedere,
Non erat hoc, Orbis Machina, Rege capax.

IN SEXTVM

Pictorem ignauum, & maledicum.

ARtis Apellea Pictor Miracula rides,
Extollis propria picta theatra manu.
Pingis Cymbarum volitantia vela per Alpes,
Et quoq; tranantes aquora pingis Apros.
Tam graphycè Lybicū iactas pinxiſſe Leonem,
Vt ſi quis ſpectet non neget eſſe Bouem.
Attamen in ſacros temeraria iurgia Vates,
Bellaq; mordaci pralia dente moues.
Tam benè qui carpis, qui tam benè lina coloras,
Nil benè cum facias vis malè Sexte loqui.

In

IN GRÆCVLVM SVPERBVM.

Inter Hamadryadas videor Pan, Graculus, (inquit
Nã duo lunatã germina fronte gero. (Atlas
Cum pede ſim claudus, claudus ſum Mulciber:
Sum, mihi nam curuo culmine terga tument.
Mulciber eſt, fateor, Pan, Atlas, inſuper Orbis
Geryon; Monſtrum quid tacet eſſe triplex?

BEATVS ALOYSIVS GONZAGA

Calcaria lateribus imprimit.

Amor Agricola.

O Quæ Mantoo ſoboleſcent Climate Meſſes
Dum fit Sydereo Vomere Arator Amor!
Hic face depoſitâ ferrato Ruris alumnus
Sydere verrit Agros ingenioſus Amor.
Sulcat Virgineos ſtellanti Vomere campos,
Virgineus tali eſt Vomere arandus Ager.
Si iam telorum lacerauit cuſpide Amantes,
Tranſadigit Campos Vomere Pupus Amor.
Et melius madidis vernent vt germina ſulcis
Nudus Arator Agros ſanguinis imbre rigat.
Quæ tibi Meſſis Amor dabitur? ſũt Sydera Vo-
Hic ager eſt niueus: Lilia Meſſis erunt. (mer,

De

DE EODEM

Canum loris ſe cædente, & calcaria lateribus cingente.

QVæ Modo venãtes nectebant lora lyciſcas
Venator cingit nunc tibi Diuus Amor.
Et quòd Amor, Flores inter, venatur amantes,
Germinet vt Flores ſydere pectus arat.
Mox niueum liquidis effundit pectus Amori,
Queis te venetur, Lilia iuncta Roſis.
Cypria Planta Roſas, & lilia Iuno coloret,
Solus mixta Roſis lilia pingit Amor.

IDEM

Fœminarum oſor vocatur.

HOrrent Fœmineos Gonzagæ lumina vultus
Atq; Nurus fugiunt ceu fugit Vrſa faces.
Fœmina ſic blandos Veneris non ſuſcitat ignes,
Nec pereunt niuei Lilia caſta ſinus:
Lumina fœmineæ blãdos Formæ ãte lepores (ſuãt
Tam mage aperta nocẽt, quã mage clauſa iu-
Hinc benè Aloyſius, doleant ne, lumina frenat:
Eſt oculi blandus Fœmina ſæpè dolor.

Idem

Idem

BIENNIO SERENISSIMÆ MARIÆ

in Aula Hiſpanica Ephœbus eius vultum non videt.

VIuit Aloyſius Regales inter Ephœbos
Expers fœmineum luminis ante decus,
Non Orbis ſpectat Dominã, Regũq; Parentem,
Quà nihil Auſtriadũ pulchrius Orbis habet.
Cernere fœmineos renuunt ſua lumina vultus,
Ne cœcus fiat, mox oculatus, Amor.
Mirer Aloysij, Romana an lumina Sentæ?
Iſta Viros renuunt, illa videre Nurus.

DIVVS FRANCISCVS XAVERIVS

Amoris captiuus.

ARma parat bellator Amor: victurus amãtes
Retia mille iacit, ſpicula mille vibrat.
Inde triumphali meditatus vulnera telo
Mitia corda ferit, barbara corda ferit.
Aſt tibi contorta præſtringit cannabe pectus
Laxat & adſtrictos dextera nulla ſinus.
Vincula dum pateris veros imitaris amantes
Cogitur in vinclis viuere quiſquis amat.

Fi-

Filius adeundæ Religionis facultatem à Genitore petit.

Nauis cum Lemmate
Suſpirat Portum.

CArbaſa dum placidis Zephyri ſinuata tumeſcunt
Flatibus, & Nautis aura ſecunda fauet.
SVSPIRAT PORTVM Nauis, ſed Nauta moratur,
Piſcans gemmiferi dona opulenta maris.
Inde fremit tumidus ſinuato vortice Pontus,
Perq; vias Ponti naufraga Cymba natat.
Nauis ego, Tu Nauta Pater, fauet Aura Tonã.
Ni laxes Nauim Naufraga Nauis erit.(tis,

DIVVS MAVRITIVS

Vna cum Socijs Militibus vltro
Mortem ſubit.

VAllatur trucibus Claſſis ſacrata cateruis,
Et ſubit immeritam Marte furẽte necem.
Sacra Cohors moritur, robur natale coercens,
Omnis ſit Belli Gloria Mortis honos.
Funus vbi laus eſt, & Gloria maior obire,
Illic non Martis, Mortis at arma iuuant.
Emi-

Eminentiſsimo

HIERONYMO FARNESIO

S. R. E. C.

A Spice Tarpeia Farneſia Lilia Gentis,
Cærula Purpureis Lilia iuncta Roſis.
Iſta Decembrales deludunt Lilia brumas,
Atq; Roſæ æterni munera veris habent.
Hinc tibi Florifera Rex, & Regina phalangis
Ante ſacros referunt Florea ſceptra pedes.
Talia Romani portendunt omina Regni
Germina, Dardanij gloria prima Soli.
Cærula non rapiet tempus tibi Lilia; Cuſtos
His Pauli, in Petri Puppibus, Enſis erit.

DE DIVO PAVLO

Apoſtolo.

PRæcipitat Saulus: Diui flammantia Solis
Lumine Sauli oculus lumina ferre nequit:
At ruat; ipſe ruens, Cœli in penetralia fertur,
Nec modo tam excelſus ni cecidiſſet erat.

In

IN DIE NATALI CHRISTI DOMINI.

Ad Eminentiſſimum

VOLVMNIVM BANDINELLVM S.R.E.C.

QVid non cogit Amor ſi naſci numen in Orbe
Cogit, & æternus ſi ſit Amore Puer?
Naſcitur Altitonans: at qui de nube tonabat
Vagitu pulſat pupulus Aſtra Deus.
Membrula, ſtelliferum, quæ iam ſtruxere theatrum
Stramine de paruo paruula cuna capit
Lumina ridentis rutilantia gaudia Cæli
Rorant candidulas imbre tepente genas.
Quæq; coruſcantes vibrabat in Aethere flammas
Nunc eſt faſciolis vincta tenella manus.
Hæc qui miratur varias miretur Amoris
Artes: eſt Opifex ingenioſus Amor.

AMOR.

D. Co: Giorgio Biauę Benzonio.

NEſcit quid ſit Amor, qui vulnera neſcit Amoris
Eſt cordis blandum nil niſi vulnus Amor.

D. M. MAGDALENA

Ad Pedes Chriſti Domini.

AD P. IO: BAPTISTAM GEORGIVM.

(flenti,
MAgdala das lacrymas: Aurora Magdala
Eſne magis ſimilis, diſſimiliſne magis?
Solis emit Matuta,ſuo ſibi lampada fletu,
Flenſq; tuo fletu tu tibi Numen emis.

D. IO. FRANCISCO BONOMIO

Ob communicatum mihi in ſcriptis ipſius Opus, cui Titulus,

L'Huomo di Platone.

(ferri
QVid viduum pennis hominem per Sydera
Poſſe tua in ſcriptis, Bonome, Pēna negat?
Implumem doceas hominem non poſſe per Aſtra
Ferri, ſi pennis fertur in Aſtra tuis?

Lau-

LAVDES VIRGINII VERONESII I. V. D.

C Andida Virtutum Nutrix Ignatia Proles
Te docet Aligeri frangere tela Senis.
Eloquij ambroſios docet hæc haurire liquores,
Atq; Stagiræo fidere lina Mari.
Tuq; breui monitis faciles dans mentis habenas
Ex ipsà diſcis diſcere quidquid áues.
Inde vorans dubij ſcopuloſa volumina Iuris,
Tu quoq; nunc alijs ſcribere Iura potes.
Tullius ore, Sophus paradoxis, Legè Lycurgus
Cum ſis, Geryon Palladis ergo nites.

AD CYNTHIAM

Veris tempore.

F Loret odoratis Tellus phrygiata ſmaragdis,
Dum picturatos Flora venuſtat agros.
Picta viret Tellus: vultu florere venuſto
Ex vultu diſcit, Cynthia, Terra tuo.

DE EVRIALO RVSTICO

Qui noctu Murem crepida occidit.

D. CAROLO DE MOLARIO.

Claſſibus Aſtriferis dum Cynthia munit O-
In Murem Felis prælia dẽte rotat. (lympũ
Mus fugit,hunc ſequitur Felis per tecta,per Au-
Tectaq; pugnaci pulſa fragore ſonant (las,
Hinc placidum totis carpentem Morphea fibris
Excitat Eurialum bellicus ille fragor.
Eurialus crepidam iacit, hac vt territet hoſtem
Somnii Tu crepida Muſcule præda cadis.
Eurialus vexat Murem: non ſueta remittit:
Moribus Vrbanis noxius eſſe ſolet.

ABSALON.

AD D. BERNARDINVM TENTVM.

Crinibus implexis de Quercu pectora pendẽt,
Heu patior telis vulnera jacta meis.

Cyn-

CYNTHIA

In me niuis globum iacit.

D. HORATIO FERRARIO
Genuenſi.

DExtra niuem vibrat, ſed nix vibrata fauil-
Vibrat; nec feriens pectora, corda ferit. (las
Arma ſagittiferi fugiet quis Numinis, ipſe
Ignea ſi ex gelidà fabricat arma niue?

AD CYNTHIAM.

CAndidulas armilla manus tibi gẽmea cin-
git,
Pulchræ ſunt gẽmæ, ſed mage pulchra manus.

AD CYNTHIAM.

ESset Frons Cælo ſimilis tua, Cynthia; Soles
Si Cæli facies poſſet habere duos.

AMANS IRATVS.

D. HERCVLI ANTONIO
CVPPELLINO.

ARdet Amãs irà tamẽ hac famuletur Amo-
Ira habet imperium nõ vbi regnat Amor. (ri,

TROIA

Ad D. CO. HIERONYMVM BOSELLVM.

DIruta Dardaniæ circũſpice pergama Gẽtis,
Pergama Phœbaæ quæ poſuere manus.
Laomedontæis turrita palatia pinnis
Nunc cineri proprio ſemiſepulta latent.
Hac Agamemnoniæ flammis ſtrauere phalãges
Argolici Hectoreos cum domuere duces.
Hic fuit aſt error flammarum euertere Troiam,
Debuerat Paridis flamma cremare ſinus.
Nam Lacedæmoniã Priamæius Hoſpes Amãtẽ
Cum raperet Patriæ detulit ipſe faces.
Heu! qui non potuit flãmas extinguere Amoris
Perdendus flammis igne cremandus erat.

VATVM CONDITIO.

D. LVDOVICO BONCOMPAGNO.

VAtibus eſt Fato Paupertas nupta canoris,
Sit Craſſus Vates, pauper hic Irus erit.

Vitæ,

VITÆ, ET MORTIS

Conſideratio.

D. Co: Iacobo Iſolano.

PRouida Mēs hominū, Vitā, Mortēq; volutet,
Munera amet vitæ, funera Mortis amet.
Quiſquis ſcire mori diſcit, ſe viuere credat,
Viuere ſi neſcit, ſe perijſſe putet.
Scire mori vita eſt, neſcire at viuere Mors eſt,
Viuere qui neſcit, neſcit & ille mori.

IRIDIS POETICÆ

Io. Aloyſij Picinardi

FINIS.

BIBLIOTECA NA[…] […]A VITTORIO EMANUELE

Idem

BIENNIO SERENISSIMÆ MARIÆ

in Aula Hiſpanica Ephœbus eius vultum non videt.

V Iuit Aloyſius Regales inter Ephœbos
Expers fœmineum luminis ante decus,
Non Orbis ſpectat Dominã, Regũq; Parentem,
Quà nihil Auſtriadũ pulchrius Orbis habet.
Cernere fœmineos renuunt ſua lumina vultus,
Ne cœcus fiat, mox oculatus, Amor.
Mirer Aloysij, Romana an lumina Senta?
Iſta Viros renuunt, illa videre Nurus.

DIVVS FRANCISCVS XAVERIVS

Amoris captiuus.

A Rma parat bellator Amor: victurus amãtes
Retia mille iacit, ſpicula mille vibrat.
Inde triumphali meditatus vulnera telo
Mitia corda ferit, barbara corda ferit.
Aſt tibi contorta præſtringit cannabe pectus
Laxat & adſtrictos dextera nulla ſinus.
Vincula dum pateris veros imitaris amantes
Cogitur in vinclis viuere quiſquis amat.

Fi-

Filius adeundæ Religionis facultatem à Genitore petit.

Nauis cum Lemmate
Suſpirat Portum.

CArbaſa dum placidis Zephyri ſinuata tumeſcunt
Flatibus, & Nautis aura ſecunda fauet.
SVSPIRAT PORTVM Nauis, ſed Nauta moratur,
Piſcans gemmiferi dona opulenta maris:
Inde fremit tumidus ſinuato vortice Pontus,
Perq; vias Ponti naufraga Cymba natat.
Nauis ego, Tu Nauta Pater, fauet Aura Tonã.
Ni laxes Nauim Naufraga Nauis erit. (tis,

DIVVS MAVRITIVS

Vna cum Socijs Militibus vltro
Mortem ſubit.

VAllatur trucibus Claſſis ſacrata cateruis,
Et ſubit immeritam Marte furẽte necem.
Sacra Cohors moritur, robur natale coercens,
Omnis ſit Belli Gloria Mortis honos.
Funus vbi laus eſt, & Gloria maior obire,
Illic non Martis, Mortis at arma iuuant.

Emi-

Eminentiſsimo

HIERONYMO FARNESIO

S. R. E. C.

ASpice Tarpeia Farneſia Lilia Gentis,
Cærula Purpureis Lilia iuncta Roſis.
Iſta Decembrales deludunt Lilia brumas,
Atq; Roſæ æterni munera veris habent.
Hinc tibi Floriferæ Rex, & Regina phalangis
Ante ſacros referunt Florea ſceptra pedes.
Talia Romani portendunt omina Regni
Germina, Dardanij gloria prima Soli.
Cærula non rapiet tempus tibi Lilia; Cuſtos
His Pauli, in Petri Puppibus, Enſis erit.

DE DIVO PAVLO

Apoſtolo.

PRæcipitat Saulus: Diui flammantia Solis
Lumine Sauli oculus lumina ferre nequit.
At ruat; ipſe ruens, Cœli in penetralia fertur,
Nec modo tam excelſus ni cecidiſſet erat.

In

IN DIE NATALI CHRISTI DOMINI.

Ad Eminentiſſimum

VOLVMNIVM BANDINELLVM S.R.E.C.

QVid non cogit Amor ſi naſci numen in Or-
Cogit, & æternus ſi ſit Amore Puer? (be
Naſcitur Altitonans: at qui de nube tonabat
Vagitu pulſat pupulus Aſtra Deus. (trum
Membrula, ſtelliferum, quæ iam ſtruxere thea-
Stramine de paruo paruula cuna capit
Lumina ridentis rutilantia gaudia Cæli
Rorant candidulas imbre tepente genas.
Quæq; coruſcantes vibrabat in Aethere flammas
Nunc eſt faſciolis vincta tenella manus.
Hæc qui miratur varias miretur Amoris
Artes: eſt Opifex ingenioſus Amor.

AMOR.

D. Co: Giorgio Biauę Benzonio.

(Amoris
NEſcit quid ſit Amor, qui vulnera neſcit
Eſt cordis blandum nil niſi vulnus Amor.

D. M. MAGDALENA

Ad Pedes Chriſti Domini.

AD P. IO: BAPTISTAM GEORGIVM.

(flenti,
MAgdala das lacrymas: Aurora Magdala
Eſne magis ſimilis, diſſimiliſne magis?
Solis emit Matuta, ſuo ſibi lampada fletu,
Flenſq; tuo fletu tu tibi Numèn emis.

D. IO. FRANCISCO BONOMIO

Ob communicatum mihi in ſcriptis ipſius Opus, cui Titulus,

L'Huomo di Platone.

(ferri
QVid viduum pennis hominem per Sydera
Poſſe, tua in ſcriptis, Bonome, Pēna negat?
Implumem doceas hominem non poſſe per Aſtra
Ferri, ſi pennis fertur in Aſtra tuis?

Lau-

LAVDES VIRGINII VERONESII I. V. D.

C Andida Virtutum Nutrix Ignatia Proles
Te docet Aligeri frangere tela Senis.
Eloquij ambroſios docet hæc haurire liquores,
Atq; Stagiræo fidere lina Mari.
Tuq; breui monitis faciles dans mentis habenas
Ex ipsâ diſcis diſcere quidquid áues.
Inde vorans dubij ſcopuloſa volumina Iuris,
Tu quoq; nunc alijs ſcribere Iura potes.
Tullius ore, Sophus paradoxis, Lege Lycurgus
Cum ſis, Geryon Palladis ergo nites.

AD CYNTHIAM

Veris tempore.

F Loret odoratis Tellus phrygiata ſmaragdis,
Dum picturatos Flora venuſtat agros.
Picta viret Tellus: vultu florere venuſto
Ex vultu diſcit, Cynthia, Terra tuo.

DE EVRIALO RVSTICO

Qui noctu Murem crepida occidit.

D. CAROLO DE MOLARIO.

CLaſſibus Aſtriferis dum Cynthia munit Olympū
In Murem Felis prælia dēte rotat.
Mus fugit, hunc ſequitur Felis per tecta, per Aulas,
Tectaq; pugnaci pulſa fragore ſonant
Hinc placidum totis carpentem Morphea fibris
Excitat Eurialum bellicus ille fragor.
Eurialus crepidam iacit, hac vt territet hoſtem
Somnis Tu crepida Muſcule præda cadis.
Eurialus vexat Murem: non ſueta remittit:
Moribus Vrbanis noxius eſſe ſolet.

ABSALON.

AD D. BERNARDINVM TENTVM.

CRinibus implexis de Quercu pectora pendēt,
Heu patior telis vulnera iacta meis.

Cyn-

CYNTHIA

In me niuis globum iacit.

D. HORATIO FERRARIO Genuenſi.

D Extra niuem vibrat, ſed nix vibrata ſauil-
Vibrat; nec feriens pectora, corda ferit. (las
Arma ſagittiferi fugiet quis Numinis; ipſe
Ignea ſi ex gelidà fabricat arma niue?

AD CYNTHIAM.

C Andidulas armilla manus tibi gẽmea cin-
git,
Pulchra ſunt gẽma, ſed mage pulchra manus.

AD CYNTHIAM.

E Sſet Frons Cælo ſimilis tua, Cynthia; Soles
Si Cæli facies poſſet habere duos.

AMANS IRATVS.

D. HERCVLI ANTONIO CVPPELLINO.

A Rdet Amãs irà tamẽ hac famuletur Amo- (ri,
Ira habet imperium nõ vbi regnat Amor.

TROIA

Ad D. CO. HIERONYMVM BOSELLVM.

DIruta Dardaniæ circũſpice pergama Gẽtis,
Pergama Phœbææ quæ poſuere manus.
Laomedontæis turrita palatia pinnis
Nunc cineri proprio ſemiſepulta latent.
Hac Agamemnoniæ flammis ſtrauere phalãges
Argolici Hectoreos cum domuere duces.
Hic fuit aſt error flammarum euertere Troiam,
Debuerat Paridis flamma cremare ſinus.
Nam Lacedæmoniã Priamæius Hoſpes Amãtẽ
Cum raperet Patriæ detulit ipſe faces.
Heu! qui non potuit flãmas extinguere Amoris
Perdendus flammis igne cremandus erat.

VATVM CONDITIO.

D. LVDOVICO BONCOMPAGNO.

VAtibus eſt Fato Paupertas nupta canoris,
Sit Craſſus Vates, pauper hic Irus erit.

Vitæ,

VITÆ, ET MORTIS

Conſideratio.

D. Co: Iacobo Iſolano.

PRouida Mēs hominū, Vitā, Mortēq; volutet,
Munera amet vitæ, funera Mortis amet.
Quiſquis ſcire mori diſcit, ſe viuere credat,
Viuere ſi neſcit, ſe periſſe putet.
Scire mori vita eſt, neſcire at viuere Mors eſt,
Viuere qui neſcit, neſcit & ille mori.

IRIDIS POETICÆ

Io. Aloyſij Picinardi

FINIS.

D. Iuuentius Tortus Cler. Reg. S. Pauli in Metropolit. Bonon. Pœnit. pro Eminentiſs. & Reuerẽdiſs. D. D. Hieronymo Boncompagno Bonon. Archiepiſc. & Principe.

Imprimatur.

Fr. Paulus Hieronymus Giacconus de Garexio Sac. Theol. Mag Ord. Præd. Vicarius Generalis S. Officij Bononiæ.

Google